

Stephanus Galdeti

Contra scismaticos

⟨ *Sisternus I¹* ⟩

Editor: Mihai Maga

work in progress
16.12.2025

Manuscripts:

P1 Paris, BnF lat. 16408

Project NOTA-ERC

〈 Sisternus I¹ 〉

|| ~~Ante omnia in prologo astruatur quod dicta vel dicibilia per
adversarios sunt audienda seu legenda ad plenum et sine affectione
quacumque, discutienda, ponderanda, non contempnenda, non odienda
etc.~~ P1 230^{bis}_r

|| Pro isto puncto videndus primus sisternus prime scripture totus P1 230^{bis}_v
et septima folia secundi.

Ante omnia infra scribenda premittendus est finalis punctus domini
PICTAVENSIS, quod de necessitate salutis unitas Ecclesie est servanda.
10 Probatur per AUGUSTINUM, etc. -:-.

Item, dictum domini quondam cardinalis SANCTI EUSTACII ad
THOLETANUM quod credentia de necessitate salutis in hoc facto
cardinalibus tamquam apostolis adhibenda et si que alia similia sunt
diligenter pro premissione pro????lis ad????it.

15 Ponatur hoc secundum loco suo, non ante omnia premittatur.

In prohemio sequentis scripture si mittatur, etc. causetur ex carentia
seu perditione librorum de quorum materiis loquendum esse videtur
et quos tunc initialiter et imperfecte post magis plene, sed nondum
perfecte illos habet, et si que alia possint causare scripturam huius et
20 missionem cogitandum.

In motivis inferius tangendum ad probandum obligationem
ad sedationem presentis scismaticis cuncte multitudinis fidelium,
prelatorum, summi prelati, principum, communitatum, studiorum seu
professorum facultatum etc. Et ad probandum obligationem fidelium
25 de necessitate salutis ad protegendum volentes impugnare intrusum
taliter ordinetur ut nulla vel minor possibilis fieri fiat repetitio rationum
et motivorum et quod huius motiva applicentur conclusionibus quibus
videntur potissime convenire et brevissime omnia fiant.

:- Pars errans est in via dampnationis eterne propter inobedientiam
30 veri Summi Pontificis propter defectum plenitudinis* potestatis solvendi
et ligandi, propter inpotentiam dispensandi, ut arguit CANTOR, et si

1/6-3/7 pro isto puncto — etc.] *del. P1* pro — secundi] *in marg. sup. P1*
6 pro] *p P1* 7 secundi] *secundo a. c. P1* 11 eustacii] *quod scr. sed del. P1*
13 cardinalibus] *ad scr. sed del. P1* alia] *p. c. P1* 14 premissione] *s.*
scr. sed del. P1

que sint similia prelationes et beneficia conferendi et sic tam clerus quam populus sunt sicut oves absque pastore, etc.

Causari potest questio trimembris, quia ad aliquid potest obligari alica cuncta vel tota categorice multitudo ad quod nulla eius
 5 persona singularis, nec aliqua partialis multitudinis tenetur, puta ad matrimonium seu ad procreationem et multiplicationem humanam, que propagationem extitit ab exordio genus humanum obligatum, dicente *crescite et multiplicamini et replete terram* etc. Abel vero ad hoc non extitit obligatus, nec preceptum huiusmodi observavit, et sic post de
 10 multis sic fuit, sed semper fuerunt qui sufficienter pro toto humano preceptum huiusmodi servaverunt. Pari modo, in Lege Evangelica preceptum huiusmodi observatur a matrimonium contrahentibus et se ad observantiam huius procreationis obligantibus vel ad faciendum quod in se est etc. Et tamen non quelibet pars multitudinis fidelium ad hoc
 15 abstringitur, quinymo pars sacerdotalis ad continentiam omnimodam obligatur. Et ideo rationabiliter queri potest in proposito utrum cuncta vel tota fidelium multitudo et quelibet etc.

In processu sequenti tacto de obligatione cunctorum fidelium respectu presentis scismatis; deinde de speciali obligatione prelatorum
 20 et specialissima supremi prelati; deinde de obligatione principum et communitatum tangatur; de obligatione studiorum et professorum, specialiter iurium divini pariter et humani, in quo tacta eorum obligatione communi poterit, ad quos professores magis pertineat reprobatio heretice falsitatis. Item, ad quos magis pertineat, magis
 25 reprehensio presentis scismatice pravitatis etc. Item, ad quos magis pertineat responsio ad obiecta contra totam vel cunctam fidelium multitudinem, prelatos, papam, principes, communitates, studia et iurium professores super dampnabili negligentia remediandi super presenti scismate.

30 In fine adde in responsione ad supradicta obiecta non esse simile de conversione infidelium, de quibus nichil ad nos specialiter, cum non habemus ea que apostolis ad hoc fuerunt concessa, *signa nostra non vidimus*, divina providentia ordinante, nec de Grecis est simile,

2 sicut] sicus P1 3 causari] p. c. sup. lin. P1 ; causa a. c. P1
 4 categorice] cathegroice P1 16 cuncta] tanta a. c. P1 19 obligatione]
 alligatione a. c. P1 22–29 in quo tacta — scismate] Item, fiat questio de
 professores partium errantis et non errantis add. in marg. P1 23 communi]
 tang. scr. sed del. P1 28 negligentia] neccligentia P1 remediandi] presenti
 scr. sed del. P1 2/30–3/3 in fine adde — fidei] Eodem modo de prelati,
 principibus etc. add. in marg. P1 ; ubi non est audit ibi etc. add. in marg. P1
 33 ordinante] dub. P1

cum obstinate et pertinaciter a nobis discordent in articulo fidei de unitate ecclesie. Non sic autem est in proposito, scilicet in casu presentis scismatis, in quo omnes sumus domestici fidei.

De infidelibus, quod non sit predicanda fides de necessitate salutis et quod de propositioni* signorum occultis divinis iudiciis proveniens, o, *altitudo* etc. Sic sufficitur excusatio a non predicando infidelibus, patet per dicta Christi: *si venissem et opera non fecissem* etc.

|| Infra scripto processui permittendum est quanta diligentia quisque fidelis curare debeat scire ea que omnibus et sibi attentis heredibus*, gradibus, officiis et singularis circumstantiis sunt agenda de necessitate salutis. Salvator: *scrutamini scripturas* etc. Poetha hoc: “nil utilius humane credo saluti” etc. PHILOSOPHUS: “scrutamur quid est virtus non ut sciamus, sed ut boni efficiamur”.

“Non solum nobis nati sumus”, etc. *Indicabo tibi, o homo, quid te oporteat facere*, etc. *Tunc non confundar cum prosperero in omnibus mandatis tuis*, et sic de aliis.

Ve vobis qui transgredimini precepta Dei propter traditiones hominum, etc. MARCILII induci multa ponunt ALMAKANO contra MARCILIUM.

Item, de possibilitate observancie perfectionis evangelice paupertatis cum perfectione ecclesiastica et suprema.

Dicta domini cardinalis PICTAVENSIS in Cameracensem ubi concludit partem errantem in presenti casu errare dampnabiliter. Et dominum SANCTI EUSTACII bone memorie scribentis ad TOLETANUM quod de necessitate salutis credendum erat cardinalibus movent ad infrascripta tangenda.

Contra MARCILIUM in materia de primatu Romani Pontificis secundum eum non probabilis ex *Scriptura Sacra* posset induci esse simile de reali existencia corporis Christi in sacramento altaris et de suspectione eiusdem, de qua Evangelista *nisi manducaveritis*, etc., *verba*

4–7 de infidelibus — etc.] Fiat quoslibet contrarius certum numerum quorum *add. in marg. P1* ; Ubi non est* audit ibi etc. *add. in marg. P1* 3/8–4/28 infra scripto — etc.] *del. P1* 8 infra] Primum querite regnum Dei etc. Distinguendum erit de concordiiis realibus et vocalibus etc. *add. in marg. P1* de^{ad} infra] *sup. lin. P1* 9 attentis] grad. *scr. sed del. P1* 11 etc.] poetha *scr. sed del. P1* 13 efficiamur] videtur quolibet tenetur esse memor sue salutis *add. in marg. P1* 14 nobis] *sup. lin. P1* 15 etc.] quilibet tenetur specialiter esse merior sue salutis *add. in marg. P1* specialiter^{ad} etc.] *sup. lin. P1* prospexero] perspesero *P1* 16 aliis] quilibet tenetur partier esse memor sue salutis *add. in marg. P1* 18–19 almakano contra marcilium] *in marg. P1*

que ego loquor vobis spiritus, etc.

Et de processione Spiritus Sancti a Patre Filioque, que non potest quoad Filium rigorose seu evidentia in callabili ex *Sacra Scriptura* deduci et si que sint similia, sicut de clara visione divina animarum purgatarum post mortem ante finale iudicium, quod sequantur ex *Sacra Scriptura* inevitabiliter ostendi non potest.

Item, nec existentia purgatorii etc. Et sic de multis aliis que non secuntur evidenter ex *Scriptura Sacra* que tamen pie credenda sunt etiam de necessitate salutis. *Multa quidem et alia fecit Ihesus*, etc. Multa etiam alia fecerunt apostoli que non sunt scripta in libro qui intitulatur *Actuum apostolorum*. Nam et ystoria illa multum imperfecta est, ut patet ex defectum scripture martiriorum apostolorum PETRI PAULIQUE, specialiter cuius LUCHAS fuit omnis peregrinationis socius.

De compromissio ATHANASII appellatione PAULI sub delegatione PETRI, prelatione Iacobi irrationalium et similibus tangendum erit, etc.

Pro equalitate Pauli cum Petrum potest capi illud, dictum ab illo quod ultra pericula parciebatur *sollicitudinem continentiam omnem ecclesiarum* et quod *omnibus debitor erat* Romanis, et multa alia eius dicta de hoc possent induci.

In rationibus quod quilibet debeat esse diligens determinando huiusmodi scismate seu de remediando eidem vel super eodem post periculum perpetuitatis scismatis et irremediantis, sicut est de scismate Grecorum, potest poni ratio de periculo nonnullorum fidelium in heresim, MARCILII DE PADUA scilicet, nec quod iure divino, nec alio iure observando de necessitate salutis Romana Ecclesia super alias optinet principatum, super quo principalius agit in 3^a questione.

Item, de falsis promotionibus absolutis et dispensationibus CANTOR in 2^o *Romantio* tangendus, etc.

|| In primo folio sequenti movetur questio: an quisquisque catholicus teneatur obviare presenti scismati et remediare etc. Probatur quod sic, per hoc medium, quia, secundum iura, causa fidei ad omnis catholicos noscitur pertinere; quinyimo consilia generalia, electiones et similia, et ad hec etiam inducuntur ius divinum seu *Scriptura Sacra* in actibus et iterum iura humana.

P1 231v

3 ex] p. add. sup. lin. P1 13 socius] 6 ll. scr. sed eras. P1 15 etc] et de uno qui pro scripsit alius causari add. in marg. P1 18 erat] sup. lin. P1 24 nec] sup. lin. P1 27 dispensationibus] dispensationibus P1 29 in] X/10 add. in marg. sup. P1

Deinde circa finem folii reditur ad principale, scilicet quod causa fidei noscatur ad omnes catholicos pertinere ex eo quod omnes catholici sunt, tam layci quam clerici, sunt ecclesia. Unde ecclesia proprie dicitur universitas fidelium.

5 In secundo folio, ex pretactis infertur causam seu casum presentis scismatis ad omnes catholicos pertinere, et ad hoc ipsum adducuntur in sequentibus, quonymo probatur quod quilibet catholicus tenetur de necessitate salutis omni modo sibi possibili, rationabili ac iusto super
10 presenti scismate remediare. Et primo ex obligatione ad caritatem et exercitium caritatis. Secundo, ex obligatione ad precepta divina et illorum inpletionem specialiter ‘hoc facias alteri’ etc. Tertio, ex obligatione ad opera minime et maxime spiritualia. Quarto, ex obligatione ad obviandum fascinatoribus etc.

In tertio folio continuatur ratio de obligatione ad obviandum
15 fascinatoribus. Deinde additur quinta ratio de obligatione ad virtutem iustitie et ad conservandam unitatem et pacem societatis humane contra scismata. Deinde inducuntur sexta et septima ratio fundate in hoc principio, scilicet quod illud quod est licitum extra tempus extreme necessitatis, in tempore extreme necessitatis est debitum.
20 Deinde ponitur octava ratio de obligatione ad fraternam correctionem et superioris. Deinde tangitur breviter nona ratio ex eo quod quilibet catholicus tenetur ad unionem et concordiam fidelium propter fortificio ipsorum contra infidelem, maxime in causa fidei que ratio posset ulterius collaborari. Deinde tangitur decima ratio, que fundatur in hoc quod
25 quilibet catholicus tenetur laborare ad sciendum in quo vel in quibus consistat auctoritas et potestas ligandi et solvendi plenaria et partialis, et ad quos et in quibus casibus sit recurrendum.

Iste sunt rationes generales de cunctis catholicis.

Deinde, quarto folio arguitur specialiter de prelatis tamen antequam
30 descendatur ad prelatos tangitur una ratio de simplicibus catholicis quod teneantur ad hoc quia *omnis unum corpus sumus* in Christo et *debemus alter alterius onera portare* et per consequens simplicem tenentur ad hoc saltem per orationem ad Deum et dolorem et gemitum et forsitan per indifferentiam etc. Deinde descenditur specialiter ad prelatos,

2 pertinere] eo quod *scr. sed del. P1* 9 primo] *iter. in marg. P1*
10 secundo] *iter. in marg. P1* 11 tertio] *iter. in marg. P1* 12 quarto]
iter. in marg. P1 15 quinta] quinto *add. in marg. P1* 17 sexta et
septima] sexto, septimo *add. in marg. P1* 20 octava] octavo *add. in marg.*
P1 21 nona] nono *add. in marg. P1* 24 decima] decimo *add. in marg. P1*
27 recurrendum] alibi de potestate dispensandi super matrimoniis Cantor quod
tangit principes *add. in marg. P1* 28 de] *p. c. sup. lin. P1 ; pro a. c. P1*

in quo processu resumuntur multa tacta supra in processu generali de obligatione fidelium et specialiter de obligatione ad obviandum fascino-
ribus etc. et durat iste processus de prelati- usque ad sextum
sequens folium.

5 In sexto folio, ubi descenditur ad papam, scilicet inquirendo ad quid vel ad que in presenti casu pro reunione Ecclesie Romanus Pontifex sive Papa teneatur de necessitate salutis et tacta in hoc processu ponuntur ultimo folio huius sisternis huic folia continuo, vide ibi.

10 In processu de obligatione prelatorum inchoato quarto folio satis cito post principium tangitur una ratio quod teneantur ad sedatorum presentis scismatis procurandam, quia tenentur ad subventionem temporalem pupillorum et viduarum, patet in *Decreto*. Item, quia tenentur ad resistendum Ecclesiam spoliare volentibus quoad bona temporalia, igitur a fortiori eam scindentibus etc. Item, quia tenentur ad
15 custodiam vite subditorum et corporalem et multo magis spiritualem, patet in *Decretis* et *Sacra Scriptura*. Item, quia prelati tenentur corrigere papam de errorem heretico, igitur a simili de crimine scismatico, et tangetur ibidem quod prelatos partis errantis non potest excusare ignorantia. Et quod tacitur? et dissimulatio in presenti scismate
20 prelati sunt dampnabiles, quia qui tacet consentire videtur. Et ad hoc multa inducuntur usque circa finem folii. Deinde arguitur de consentientibus positive a fortiori quod dampnabiliter agant.

In quinto folio etiam continuatur dicta materia de consentientibus positive et interpretative, scilicet dissimulando non faciendo illud ad
25 quod tenentur de obviando fascino-ribus erroribus terminibus etc., et quia tota multitudo prelato- rum tenetur obviare et per consequens peccant si obmittat non solum prelati partis errantis, ymo alii tenenti etc. et peccanti etc. Deinde, usque in finem folii huius quinti de obligatione prelato- rum inducuntur *Decreta* et *Sacra Scriptura* loquendo de
30 pastoribus et gregibus eis commissis in libris propheti- cis et alibi.

Ante omnis processus sequentes de obligationibus generali et spiritualibus fidelium ad remediandum presenti scismati videretur esse p—dum que sunt fidelibus generaliter de necessitate salutis, verbi gratia, quod precepta negativa sunt servanda specialiter et pro specialiter

11 quia] primo add. in marg. P1 12 item] secundo add. in marg. P1
14 item] tertio add. in marg. P1 15 et¹] sup. lin. P1 16 item] quarto
add. in marg. P1 17 igitur] *** scr. sed eras. P1 simili] simile a. c. P1
23 folio] iter. P1 24 positive] sup. lin. P1 30 alibi] vide etc. add. sed
del. P1 6/31–7/7 ante omnis — etc.] scr. in marg. inf. sed del. P1

affirmativa veri specialiter, licet non pro specialiter. Salvator: *oportuit illa facere et ista non obmittere.*

Item, omnibus credibilibus seu preceptis ad credendum firmiter assentire, *Marci ultimo: qui vero non crediderit, condempnabitur.*

5 “Quicumque vult salus esse, oportet ut teneat catholicam fidem quam nisi quisque fideliter firmiter” etc.

Etsi que similia videnda etc.

|| Primum folium.

P1 232r

10 Queri possunt aliqua circa presens scisma, scilicet **an quisque catholicus teneatur de necessitate salutis omni modo rationabili sibi possibili huius scismati obviare seu super ipso remediare.**

Et videtur quod sic, quia istud scisma videtur obviare non solum caritati mutue fidelium, ymo fidei, scilicet unitati Ecclesie que in *Symbolo* tangitur sub illa clausula: “et in unam sanctam et apostolicam Ecclesiam”. Modo causa fidei ad omnes catholicos dignoscitur pertinere, 15 96 distinctione, capitulo “Ubinam”, ubi dicit Papa NICOLAUS: “Ubinam legis, imperatores antecessores vestros synodalibus conventibus interfuisse, nisi in quibus de fide tractatum est, que universalis et omnium communis est, que non solum ad clericos, verum etiam ad 20 laycos et ad omnes omnino pertinet christianos?” Confirmatur ulterius sic: ad illos pertinet causa fidei qui possunt interesse consiliis generalibus in quibus tractatur de fide, sic est de laycis. Unde GELASIUS Papa prout habetur distinctione 15, capitulo “Sancta Romana Ecclesia” sic ait: 25 “Sancta Romana Ecclesia post illas *Veteris Testamenti* et *Novi* scripturas quas regulariter suscipimus, etiam has non prohibet suscipi scripturas: Sanctam Synodum Nicenam 318 patrum, mediante maximo Constantino augusto, in qua Arrius hereticus condempnatus est, sanctam Synodum Constantinopolitanam, mediante Theodosio seniore augusto, in qua Macedonius hereticus debitam dampnationem excepit, sanctam 30 Synodum Ephesinam sub iunior Theodosio augusto, in qua Nestorius dampnatus est, sanctam Synodum Calcedonensem, mediante Martino augusto, et Anatholio Constantinopolitano episcopo, in qua Nestoriana et Euticianus heresis simul cum Dixiscoro eiusque complicibus dampnate

7/8-9/12 primum folium — etc.] *del. P1* 8 folium] infra scripta motiva sumitur ex dictibus cuiusdam doctorum anglicani fundantis se in Decretis quapropter solutiones rationum suarum sunt, ut videtur, ad professorum canon* remittende propter 2 ????? deus supra *add. in marg. sup. P1* ; s*quid super infrascriptas et quo*** canonic*** *add. in marg. sup. sed del. P1* ; fiat ultra *add. sup. lin. in marg. sup. P1* 31 calcedonensem] *p. c. P1*

sunt.”

Item, ad hoc non solum ius humanum induci potest, ymo vis virum et observantia ecclesie primitive tempore apostolorum. Unde prout scribitur *Actuum* 15, orta quadam distentionem tangente ritum divine legis, videlicet quia surrexerunt quidam de heresi phariseorum, qui crediderunt, dicentes quia oportet eos circumcidi et servare legem Moysi, scilicet conversos ex gentibus, convenerunt Apostoli et seniores videre de verbo hoc et rescripserunt hiis qui erant Antiochie, ubi fuerat orta distentio, et aliis qui erant Syrie et Cilicie fratribus sententiam diffinitivam sui consilii dominices, scilicet apostoli et seniores, sic dicentes: *Visum est Spiritui Sancto et nobis nichil ultra imponere vobis oneris quam hec necessaria, ut abstineatis vos ab immolatis simulacrorum, et a sanguine, suffocato, et fornicatione, e quibus custodientes vos, bene agetis. Valet,* etc. Et sic patet seniores populi laycos consilio ecclesie generali ecclesie primitive et per consequens ad eos pertinebat causa legis divine et fidei predicta.

Quinymo ad huius laycos in primitiva ecclesia pertinebant electiones in apostolatam, ut satis clare habetur *Actuum* 1, ubi dicitur sic: *In diebus illis, exurgens Petrus in medio fratrum, ... autem turba ... fere centum viginti dicendum: Viri fratres, oportet ex hiis viris qui nobiscum sunt congregati unum testem resurrectionis nobiscum Et statuerunt duos,* etc. Nota ‘statuerunt’ non statuit, scilicet PETRUS solus; nota ‘turba’ laycos condistincti status a statu et gradu apostolorum et discipulorum, ut ex modo loquendi Evangelii patet.

Et de electione STEPHANI et nonnullorum aliorum de qua *Actuum* 6, ubi dicitur: *convocantes autem duodecim multitudinem discipulorum,* etc., id est, credentium et ad fidem conversorum, *et placuit sermo omni multitudini,* scilicet credentium, *et elegerunt Stephanum* etc. Et sic patet laicis in primitiva ecclesia pertinuisse de electionibus assumendorum ad gradus ecclesiasticos. Et congruentia super ultima electione videtur, quia tangebatur laycos propter murmur factum inter Grecos et Hebreos, eo quod despicerentur in ministerio cotidiano vidue eorum, et ideo ab eis electio huius debebat approbari, quia quos aliquos tangit ab eis approbari debet, sicut “quod omnes tangit ab omnibus approbari debet”. Causa

2 virum] *sup. lin. P1* 4 actuum 15] *iter. in marg. P1* legis] sed etsi quis sunt consilia habeat a sanctis pactis instituta post istorum quatuor actus, etiam custodiendo et recipi-ai decrevim* *add. in marg. P1* 14 laycos] *sup. lin. P1* 16 predicta] ad proposito *scr. sed del. P1* 17 primitiva] primitiva *P1* 18 actuum] *iter. in marg. P1* 20 dicendum] *sup. lin. P1* 26 dicitur] *sup. lin. P1* 29 primitiva] primitiva *P1* 32 ministerio] misterio *P1* 34 sicut] *p. c. sup. lin. P1* ; et *a. c. P1*

autem fidei omnes tangitur, igitur etc.

***itus posset queri posset an quisque fidelis omni modo possibili rationabili teneatur de necessitate salutis remediare Grecorum scismati, perfidie Iudeorum seu incredulitati illorum, infidelitati Saracenorum
 5 paganorumque aliorum etc. Ex isto capite poterit rediri ad propositum, quia fideles ad hec de necessitate salutis minime teneantur, nec ad presentis scismatis remediandum, cum latitudo caritatis et preceptorum et operum minime non solum se extendunt ad populum vel gentes Ecclesie Latine, sed ad omnes catholicos et etiam infideles, ut patet
 10 in parabola de Samaritano, etc. non obstante quod Apostolus dicat quod *nichil ad nos de hiis qui foris sunt*, quia hoc dicit quia princ*** intendere debemus ad domesticos fidei* etc.

|| De istis etiam electionibus quod pertinuerint ad laycos etiam post tempora apostolorum secundum iura humana videtur. Unde 8, questione
 15 1, capitulo “Licet” sic legitur: “Licet ergo Dominus de consuetudine principe precepisset et elegisset, tamen convocatur synagoga. Requiritur ergo in ordinando sacerdote etiam populi sententia, ut sciant omnes et certi sunt, quia qui prestantior est ex omni populo, qui doctior, qui sanctior, qui in omni virtute eminentior, ille eligatur ad sacerdotium et
 20 hoc attestante populo”, et infra: “hoc autem est quod Apostolus precepit in ordinatione sacerdotis, dicens: *Oportet autem illum et testimonium habere bonum ab hiis qui foris sunt*”, hec ibi seu in illo *Decreto* continentur.

Et de electione etiam summi sacerdotis, scilicet Romani pontificis, etiam post institutum statum cardinalatus, ad quem statum nunc
 25 pertinet plenarie electio Romani pontificis, dicitur illo *Decreto*: “In nomine Domini” quod *Decretum* in tertium principalis a multis allegatur sic legitur: “quod si iniquorum atque parvorum hominum perversitas ita invaluerit, ut pura, atque sincera et gratuita in Urbe non possit fieri electio, cardinales episcopi cum religiosis clericis et catholicis
 30 laicis, licet paucis” supple vice gerentibus reliquorum ad quos pertinet fidelium, ut videtur, “ius potestatis optineant, eligere apostolice sedis antistitem, ubi congruerit.”

Ad hec tamen de electionibus posset dici quod ad ea que de actibus

2-12 ***itus — etc.] *in marg. inf. P1* 2 posset] *ad quid scr. sed del. P1*
 3 teneatur — salutis] *sup. lin. P1* 9/13-11/11 de istis etiam — parvulis]
del. P1 14-15 8 questione 1] *iter. in marg. P1* 16 principe] *sup. lin.*
P1 convocatur] *scilicet tempore Moysi add. in marg. P1* 27 decretum]
Decretum In nomine domini add. in marg. P1 28 parvorum] *pranorum P1*
 30 30 religiosos] *religiosis P1* 34 ad] *responsiones ad predicta de electionibus*
add. in marg. P1

apostolorum inducta sunt, quod licet sic fuerit in primitiva factum et observatum, non tamen fuit ibidem vel alibi in *Sacra Scriptura* iure divino statutum vel institutum sic specialiter esse fiendum de necessitate electionis.

Ad ea que de *Decretis* inducuntur potest dici quod *Decreta* continent iura confecta et ordinationes ac statuta humana que mutari possunt. Unde iudex mutationem temporum congruit talia statuta mutari accedente superiorum in ecclesia et de consensu fidelium et laycorum.

Ad principale autem redeundum videtur, videlicet quod causa fidei ad fideles laycos pertinere dignoscitur. Unde in septima actione Calcedonensi Consilii MARTIANUS Imperator inquit: “Nos ad fidem confirmandam, non ad potentiam ostendendam exemplo religiosissimi principis Constantini synodo interesse volumus ut veritate inventa non ultra multitudo pravis doctrinis attracta discordet.” Sic etiam de CONSTANTINO MAXIMO legitur quod lucem habuit in consilio, etc.

Ad idem, causa fidei ad universalem pertinet ecclesiam catholicam, sed huius ecclesia non solum continet clericos, sed laycos. Unde verissime et propriissime secundum intentionem primorum inponentium dicitur ecclesia universitas omnium fidelium in Christum credentium et nomen eius invocantium, et hic fuit usus apostolorum in ecclesia primitiva. Unde Apostolus PETRUS ad *Corinthios* primo: *Ecclesie Dei que est Corinthi, sanctificatis in Christo Ihesu, vocatis sanctis, cum omnibus qui invocant nomen Domini nostri Ihesu Christi*, et Actuum 20 ad presbyteros Ephesenses dicitur: *Attendite vobis et universo gregi in quo Spiritus Sanctus vos posuit regere ecclesiam Dei quam acquisivit sanguine suo*. Unde Gloza super illud Luce 22: *hoc est corpus meum quod pro vobis traditur*, Gloza: “pro vobis non solum stat pro apostolis, quia non solum pro apostolis corpus Christi datum est et sanguis fusus, sed causa totius humane nature.” Et ita non soli sacerdotes sunt ecclesia sponsa Christi quam acquisivit sanguine suo, sed pars sponse, de qua Apostolus ad *Philipenses*: *viri diligite uxores vestras sicut Christus dilexit Ecclesiam et tradidit seipsum pro ea*. Et cum est autem quod pro omnibus fidelibus tradidit semetipsum, eadem sententia habetur in multis locis Epistolarum.

Et Salvator noster, *Matthei* 18, hoc satis notat dicens: *quis, putas, maior est in regno celorum?* id est, in Ecclesia. Nam, secundum

1 primitiva] primitiva P1 3 statutum] statumtum P1 10 ad] ad principale propositum *add. in marg. P1* 13 religiosissimi] religiosissimi P1
 17 ad idem] *iter. in marg. P1* 18 clericos] *sup. lin. P1* 22 apostolus] *iter. in marg. P1* petrus] *sup. lin. P1*

GREGORIUM, “Regnum celorum presentis temporis Ecclesia dicitur”, et
advocans parvulum statuit eum in medio eorum, etc. Unde IERONYMUS
 in *Omelia*: *Videte ne contempnatis unum de pusillis istis qui in me*
credunt. Dico enim vobis, quia angelis eorum etc. IERONYMUS: “Dominus
 5 monet ne aliquem ex parvulis, id est humilibus hominibus secundum
 seculum, qui simpliciter ac fideliter credunt in Dei Filio contempnamus.
 Fas enim non est contempni unumquemque credentem in Christo qui non
 solum servus Dei, sed etiam Filius per adoptionis gratiam nominatur,
 cui regnum celorum et consortium angelorum promittitur.” *Matthei* 11:
 10 *gratias tibi ago, Pater, quia abscondisti hec a prudentibus et sapientibus*
et relevasti ea parvulis.

|| Secundo folio.

P1 233r

Ex pretactis sequitur causas fidei non solum ad clericos, sed ad laycos
 et generaliter ad omnes catholicos pertinere, et per consequens omni
 15 presentis scismatis que secundum aliquos non est sine heresi vel saltem
 non est sine errore dampnabili, prout fuit in quadam lectione tactum:
perverse cogitationes separant a Deo.

Et quod quilibet catholicus teneatur omni modo iusto et rationali sibi
 possibili obviare isti scismati et super ipso remediare locis in temporibus
 20 opportunis modo quo precepta affirmativi obligant, potest aliquibus
 mediis probari et primo quia quilibet fidelis tenetur de necessitate sue
 salutis non solum habere caritatem, sed tenetur operari ex illa opera
 caritatis et habere conditionem caritatis que ponuntur ab Apostolo
prime Corinthios 13: “caritas enim sola dedit inter filios regni et filios
 25 perditionis”. Ex quo patet quemlibet teneri ad caritatem et dilectionem
 sui et proximi quonymo omnem proximorum et per consequens ad opera
 caritatis, nam “probatio dilectionis est exhibitio operis”, GREGORIUS.

Apostolus autem ubi supra de caritate inquit de necessitate caritatis
 multa: *si linguis hominum et angelorum loquar*, etc., ubi nodandum
 30 illud et *si habuero omnem fidem ita ut montes transferam, caritas autem*

2 ieronymus] *iter. in marg. P1* 7 unumquemque] *p. c. P1* ; unum a. c.
 credentem] *p. c. P1* 11/12-13/16 secundo folio — crudelitatis] *del.*
 P1 13 ex] infra potest addi caritate quod non est otiosa quia ius obtinuit
 de contingentibus; operatur enim magna si est; si vero renuit operari, caritas non
 est; si caritate quis tenetur compati proximo mandato, plus toti ecclesie tenetur
 compati et subvenire pro posse *add. in marg. sup. P1* ; Gregorius *add. in marg. P1*
 19 remediare] pro aliquibus *scr. sed del. P1* 21 primo] primo arguitur *add.*
in marg. P1 24 caritas] Augustinus *add. in marg. P1* 28 apostolus]
 Gregorius *add. in marg. P1* caritatis] si *scr. sed del. P1* 30 illud] apostolus
add. in marg. P1

non habeam nichil sum. Ex quo videtur sequi quod suppositio quod in hoc scismate non lederetur fides sicut probabiliter aliqui possent dicere, tamen quia leditur caritas et unitas fidelium adhuc quisque tenentur succurrere et obviare presenti scismati. Item, quia inter alia
 5 ibidem dicitur quod *caritas*, id est habens caritatem, *non emulatur, non inflatur, non est ambitiosa, non querit que sua sunt*, sequitur quod omnis catholicus in presenti scismate tenetur ad ista de necessitate salutis tamquam ad quedam precepta negativa obligantia semper et pro semper et per consequens tenetur ad sedationem scismatis, quia
 10 hiis servatis omnis ambitio gradus apostolici tam in ambientibus quam eorum complicibus sedaretur, ut videtur.

Item, quilibet catholicos tenetur ad observantiam preceptorum legis divine de necessitate sue salutis, Matthei 19: *si vis ad vitam ingredi, serva mandata*, que sunt: *diliges Dominum Deum tuum* etc. *et proximum tuum sicut teipsum*, in hoc pendet universa lex et prophete.
 15

Salvator: *hoc est preceptum meum ut diligatis invicem sicut ego dilexi vos*. Et iterum, *vos amici mei estis si feceritis que precipio vobis*. Quilibet autem tenetur esse amicus Dei de necessitate sue salutis et per consequens diligere proximum suum sicut Christus dilexit nos, etc.

De hac dilectione IOHANNES in sua canonica prime, *Iohanni 3: In hoc cognovimus caritatem Dei tantum et nos debemus pro fratribus nostris animas nostras ponere*. Et iterum ibidem: *Filioli non diligamus verbo, neque lingua, sed opere et veritate*. Et iterum ibidem: *Omnis qui non est iustus ex Deo non est, et qui non diligit fratrem suum, supple ex Deo non est, quoniam hec est annuntiatio quam audistis ab initio, ut diligatis alterutrum. Non sicut Cayn, qui ex maligno erat, qui occidit fratrem suum*. Et iterum infra: *qui non diligit manet in morte et omnis qui odit fratrem suum homicidia est*. Et breviter hoc ipsum testatus omnis *Scriptura* evangelica et apostolica quod tam amico
 20 quam inimicus est diligendus, amicus in Deum, inimicus propter Deum, id est, propter preceptum divini observandum: *diligite inimicos vestros, benefacite hiis qui oderunt vos*.
 25

Et hoc ipsum est de necessitate salutis, quia inquit Christus: *nisi*

3 quia] *sup. lin. P1* 4 tenentur] *sur. scr. sed del. P1* succurrere] succurrere *P1* presenti] *sup. lin. P1* quia] *sup. lin. P1* 5 dicitur] *sup. lin. P1* 8 salutis] in presenti scismate *scr. sed del. P1* quedam] *p. c. P1*
 12 item] secundo ad idem *add. in marg. P1* 13 19] Christus *add. in marg. P1*
 21 fratribus] *fatribus P1* 24 fratrem] *fatrem P1* 26 cayn] *Caym P1*
 27 diligit] *fratrem suum scr. sed del. P1* 31 preceptum] *Augustinus add. in marg. P1*

habundaverit iustitia vestra cetera, audistis quia dictum est antiquis. Vos autem diligite etc. *Si esuriet inimicus tuus, ciba illum*, etc. Dilectio igitur mutua et beneficentia proximis etiam inimicis inpendenda est, ut hoc: “unusquisque faciat alteri quod sibi vellet fieri et non faciat alteri
5 quid sibi nolle fieri”, id est, quid debent rationabiliter sibi velle fieri vel nolle fieri.

Ex hiis arguitur sic: quilibet fidelis existens in periculo corporali vel spirituali vult et rationabiliter velle debet sibi a suo proximo ex caritate dilectionis vinculo subveniri et per consequens quilibet eius proximus
10 debet sibi ex caritate subvenire, quonymo ulterius quilibet fidelis credens alterum proximum suum esse in mortali periculo sibi debet subvenire. AUGUSTINUS, et legitur 23, distinctione 4: “si duo aliqui in una domo simul habitarent, quam credimus certissime ruituram, nobisque illis prenu-
15 possemus eruere invitos, puto, si non faceremus, crudeles iudicaremur.” Quilibet autem tenentur vitare crudelitatis.

|| Confirmatur hoc, quia quilibet plus tenetur ad salutem proximi quam ad salvationem rerum suarum temporalium, sed de rebus temporalibus proximi servandis inquit *Scriptura, Exodo 23: si
20 occurrerit boni inimici tui, aut asino erranti, reducas eum, et si videris asinum odientis te iacere sub onere, non pertransibis, sed sublevabis eum cum onere*. Igitur, si etiam de congruo solum teneretur quis ad salvationem rerum inimici tenetur de necessitate salutis ad salutem corporalem et multo fortius spiritualem domestici fidei.

Item, ex eadem radice de precepta mutua dilectione et subventionem preceptis arguitur, quia quilibet plus tenetur ad salutem spiritualem sui proximi quam corporalem, sed quoad corporalem salutem tenetur quisque etiam invito prestare remedium seu subvenire, ut tactum est
25 supra de existentibus in domo ruinosam. Et in alio casu etiam probatur et ponitur in *Decretis*, distinctione 8, capitulo “Providendum” super
30

P1 233v

3 inpendenda] inpendendenda P1 8 vult] sibi scr. sed del. P1
10 sibi] sup. lin. P1 12 si] Augustinus, Decretis add. in marg. P1
14 prenu- 13/17-15/31 confirmatur hoc quia —
14 tiantibus] lac. add. P1 17 confirmatur] applicando ad propositum, descendendum
P1 17 ad spiritualia misericordie opera exercenda in quemlibet proximum loco et tempore
unam^{ad confirmatur]} sup. lin. P1 oportuno, et per consequens multo fortius in totam unam communitatem errantem,
18 rebus] nota de dilectione inimici etc. “Bonum enim commune preferendum est proprio.” , etc. add. in marg. sup.
in Antiqua Lege add. in marg. P1 20 occurrerit] occurrerit P1 21 sub]
hon. scr. sed del. P1 22 si] de scr. sed del. P1 26 spiritualem] ill. add.
sed eras. P1

illo verbo ‘inferas’, ubi dicit *Glosa*: “patet hic quod medicus debet gratis curare pauperem infirmum, et plus debet valere apud eum vita illius quam propria pecunia, ut 86 distinctione ‘Non satis’. Sed quid si infirmus dives est et nichil vult dare medico, unquam gratis tenetur eum
 5 curare? Cum nemo de suo cogatur facere beneficium, ut 10, questione 2, ‘Precarie’, cum etiam medicus licite possit recipere mercede, ut 14, questione 5, ‘Non sane’.” Respondet GLOZATOR: “Dico quod debet eum curare suis expensis, et si convaluerit, repetas expensas, quia utiliter gessit negocium.”

10 Ex hiis patet qualiter unus quisque fidelis tenetur de mutua subventionem temporalem ratione illius precepti “hoc facias alteri” etc. et per consequens multo plus ad subventionem spiritualem contra mortem spiritualem anime. Nam teste Salvatore: *anima est plus quam corpus*, etc. Et alibi: *nolite timere eos qui occidunt corpus*, etc. Cum igitur in
 15 presenti scismate quilibet partium credat alteram partem esse in periculo dampnationis anime propter errorem dampnabilem et inobedientiam vere Sedis apostolice, sequitur quod tenetur laborare omni modo iusto et rationabili ad alterius partis salutem, et econtra. Nam aliter, pars utraque ageret contra conscientiam.

20 Ad item, tertio: opera misericordie loco et tempore congruis sunt proximis exhibenda de necessitate salutis, sicut affirmativa precepta servanda probatur hoc assumptum. Nam non observantes vel illa non exhibentes suis proximis inde iuste dampnantur, Matthaei 25: *Venite benedicti Patris mei*, etc. et sequitur infra: *tunc dicet hiis qui a sinistris sunt: ite maledicti in ignem eternum; esurivi et non dedisti mihi manducare, sitivi et non dedistis*, etc.

25 Et quod opera misericordie sint de necessitate salutis notat AMBROSIVS in libro *De officiis* et ponitur distinctione 86, capitulo “Non satis”, ubi dicit: “Non satis est bene velle, sed bene facere; nec satis est iterum bene facere, nisi ex bono fonte, id est ex bona voluntate proficiscatur.” Et infra: tangit dictum Apostoli AMBROSIVM quo Apostolus dicit: *ergo dum tempus habemus, operemur bonum ad omnes, maxime ad domesticos fidei*; inquit Apostolus et AMBROSIVS: “Grandis culpa est si sciente te fidelis quis egeas, si scis eum sine

3 ut] in *scr. sed del. P1* non] item videretur dicendum de advocatis pro iustitia servanda, idem de confessoribus *add. in marg. P1* 5 curare] curarare *P1*
 8 curare] currare *P1* 10 ex] ad propositum *add. in marg. P1* 15 presenti] quel. *scr. sed del. P1* 20 ad] tertio principaliter *add. in marg. P1* 21 de necessitate salutis] *sup. lin. P1* sicut] sicus *P1* 31 proficiscatur] profisiscatur *P1*

sumptum esse, famem tollerare, erumpna perpeti” et infra “si sit in carcere penitus iustus” etc. “Nam etsi omnibus debetur misericordia, iusto amplius, si tempore afflictionis sue nil a te inpetret, si tempore periculo quo rapitur ad mortem plus apud te pecunia valeat quam
 5 vita morituri”, non est leve peccatum”, scilicet veniale, sed mortale, *Proverbia 24: erue eos qui ducuntur ad mortem et qui trahuntur ad interitum, liberare ne cesset*, scilicet, si in tua potestate consistat, supple.

Item, ubi supra, supradicto capitulo *Decreti* dicitur “pasce fame morientem. Si non pavisti, occidisti” et per consequens opera misericordie
 10 temporalia et corporalia proximis inpendere est de necessitate salutis.

Ex quo ulterius sequitur quod inpendere spiritualia magis est de necessitate salutis, ut sunt illa que in illo versiculo continentur: “consule, castiga, remitte, solare, fer, ora”. Plus enim est anima quam corpus, ut dictum est AUGUSTINI et habetur 23, questione 4 “quid igitur de
 15 opere misericordie pro vita eterna adipiscenda et pena eterna vitanda hominibus debemus impedire” ... “si pro salute ista non solum temporali, sed brevi”

Et hoc de necessitate salutis, unde INNOCENTIUS III *De sententia excommunicationis*, capitulo “Quanto” dicens: “Facientes
 20 et consentientes pari pena plectendos catholica condempnat auctoritas”, scilicet PAULI *Romanos* 1, “eos delinquentibus favere interpretans, qui, cum possint, manifesto facinori desinunt obviare.” Ex hiis verbis posset argui contra prelatos et quoscumque potentes obviare presenti scisma et negligenter hoc facere. Et ANACLETUS, 2, questione 4, capitulo
 25 “Negligere”: “Negligere, cum possit perturbare perversos, nil aliud est quam fovere. Nec caret scrupulo societatis occulte, qui manifesto facinori desinit obviare.”

b+ Non solum temporali, sed brevi et ad tempus exiguum duratura nos subvenire hominibus ratio vera compellat, igitur quilibet fidelis de
 30 necessitate salutis sue tenetur ad opera misericordie spiritualia plus quam ad temporalia.

8 item] 83 distinctione, capitulo primo: “Non est grandis differentia si letum inferas vel admittas. Mortem enim languentibus probatur infligere, qui hanc, cum possit, non excludit” *add. in marg. P1* 17 brevi] +a *add. et iter. in marg. P1* 18 et] ex hiis formetur octava ratio ex hoc quod quilibet tenetur de necessitate salutis facinoribus obviare *add. in marg. P1* 20 consentientes] consentientes *P1* 22 facinori] facinori *P1* 23 scisma] *sup. lin. P1* 25 negligere] negligere *P1* negligere] negligere *P1* 26 scrupulo] scrupulo *P1* facinori] facinori *P1* 28–31 b+ non — temporalia] *in marg. inf. P1*

|| Tertio folio.

P1 234r

Idem videtur ex eo quod sic non obvians facinori cum posset, dat occasionem facinoris sive dampni. Et dicitur *Extra, De iniuriis et dampno dato*, capitulo “Si culpa” quod “qui occasionem dampni dat dampnum dedisse videtur.” Et si dicatur quod unum est qui occasionem dampnum dat, positive agendo, non pure obmittendo, probatur quod ymo obmittendo saltem in conspectu Dei quis possit dici dampni culpabilis. Et probatur hoc aliquis dictis doctorum, GREGORII IX *Extra, De iniuriis et dampno dato*, capitulo “Si culpa” dicens: “Si culpa tua datum est dampnum vel iniuria irrogata, sive aliis irrogantibus forsitan opem tulisti, aut hec imperitia tua sive negligentia evenerunt, iure super hiis satisfacere te oportet, nec ignorantia te excusat.”

Et sic videtur specialiter ex dictis in hoc argumento preter ultimum dictum quod non videtur multum ad propositum satis sequi quod fideles catholici specialiter potentes obviare presenti scismati et in*** remedium apponere et non apponunt, non carent culpa, ymo videntur favere scismati et occasionem eius dare, obmissive.

Ex quo ulterius videtur ulterius sequi quod indifferentes seu neutram partem scismaticis se quodammodo minus male, sed arguat se videntur habere, quia solum obmissive, non positive dant occasionem, et si omnes catholici sic se habuissent a principio, ut videtur, probabile illa scisma sedatum fuisset.

Et quod in Canonem liceat inferioribus superioribus non obedire, quinimo liceat prelati repugnare et ipsos accusare cum debitis circumstantiis. Et quod hoc ad ***dum pertineat et Dei timorem patet per GREGORIUM, 2, questio 7, capitulo “Sicut” sunt* bentem* episcopis universis sic: “Sicut laudabile discretumque est honorem exhibere prioribus, ita rectitudinis et Dei timoris est, si qua in eis sunt que indigent correctione, nulla dissimulatione postponere, ne totum quod

16/1–18/7 tertio folio — etc] *del. P1* 2 idem] ex hiis et similibus rationibus formanda est finalis ratio talis: quilibet catholicus de necessitate salutis tenet ad caritatis precepta misericordie et horum opera, et ad vitanda facinora cum possit, etc., circa proximum quemlibet suum singularem personam, igitur a fortiori tenetur ad premissa circa tota fidelium communitatem cum bonum commune sit preferendum bonis singulari personarum, etiam universalis ecclesia inter* e* est cunctorum fidelium, etc. *add. in marg. sup. P1* 9 dicens] non est ad propositum *add. in marg. P1* 16 apponunt] confirmatur hoc quia in eodem Decreto *add. in marg. P1* 17 obmissive] quinimo obedientem partibus dant, ut videtur, occasionem per manifestare scismatis presentis *scr. sed del. P1*; dicitur sanellum* qui occasionem dampni dat dampnum dedisse, videatur secus tamen quod* de illo qui ut non accideret, nichil obmisit de col* gentibus *add. in marg. P1* 16/18–17/4 ex quo — possunt] *del. cum vacat in marg. P1* 26 gregorium] questio 7* *scr. sed del. P1*

absit corpus morbus invadat, si languor non fuerit curatus in capite.” Et ista obviatio ad sedationem scismatis et discretionis de capite videretur competere fidelibus et simplicibus qui positive ad sedationem scismatis huius agere non possunt.

- 5 Item, quilibet catholicos seu fidelis tenetur de necessitate salutis ad virtutem iustitiae, igitur quilibet talis tenetur obviare presenti scismati seu super illo pro posse remediare. Antecedens notum, quia quilibet tenetur esse iustus, et consequentia videtur posse probari per diffinitionem iustitiae datam a SENECA libello *De copia verborum seu*
 10 *de quatuor virtutibus* sic dicentis: “Iustitia est nature tacita conventio in adiutorium multorum inventa. Iustitia enim non nostra conventio, sed divina lex est et vinculum societatis humane. Qui ergo hanc sectari desideras. Deum prius time et ama, ut ameris ab eo.” Hec autem sunt de necessitate salutis. “Amabilis autem illum si in hoc imiteris, ut velis
 15 omnibus prodesse, nulli nocere.” et quibusdam interpositis, “iustus enim ut sis, non solum non nocebis, sed nocentes prohibebis. Nam nulli nocere non est iustitia, sed alieni abstinencia.” Ex hac descriptione sequitur quod quilibet iustus tenetur non solum nocere, sed nocentes prohibere et impedimenta et nocumenta remediare maiorem nociva
 20 pati et unitati. Nam, ut in descriptione dicitur quod “divina lex est et vinculum societatis humane”. Non enim solum iustus fidelis et catholicus tenetur de necessitate salutis omni modo sibi possibili congruenti et rationabili obviare periculis fidei imminentibus orbi, regioni, regno aut civitati vel soli homini, ymo omnis iustus etiam ubi non est periculum
 25 fidei, sed tantum infrictio societatis humane tenetur obviare huius infrictionem et conservare partem et unitatem humane societatis. Nam tenetur vitare desolationem humanam que sequitur ad huius divisionem. Unde Salvator, Matthaei 12: *omne regnum contra se divisum desolabitur et omnis civitas vel domus contra se divisa non stabit*. Et causa potest assignari divinam desertionem qua desit communitates divisas. Non enim est *Deus distentionis*, sed *pacis* concordare et unitatis universali etiam
 30 divisione leditur tantas, ymo excluditur manifeste et generantur odia, rixe, discordie que sunt opera carnis, de quibus Apostolus ad Galatas 5: *manifesta sunt opera carnis, que sunt fornicatio*, etc. et infra: *veneficia, inimicitie, contentiones, emulationes, ire, rixe, distentiones, secte*, etc.
 35

1 languor | langor P1 5 item | formari potest alia ratio de oblivione ad iustitiam et unitatis etc. add. in marg. P1 de necessitate salutis | sup. lin. P1
 6 igitur quilibet talis | iter. P1 7 scismati | se su. scr. sed del. P1 12 est | signum insertionis sine textu add. et iter. in marg. P1 21 solum | fid. scr. sed del. P1 25 tantum | p. c. in ras. P1 27 desolationem | societatis scr. sed del. P1 33 discordie | discordite P1

que predico vobis sicut predixi, quoniam qui talia agunt, regnum Dei non consequentur. Fructus autem Spiritus est caritas, gaudium, pax, etc.

Prime Corinthios 3: Cum enim sint inter vos zelus et contentio, nonne carnales estis, et secundum hominem ambulatis? Cum enim quis
 5 dicat: Ego sum Pauli; Ego sum Appollo, nonne homines estis? scilicet carnales; Quid est Appollo? quid est Paulus? et infra: nemo gloriatur in hominibus, etc.

|| Uterius ad principale propositum arguitur videlicet quod quilibet catholicus pro posse omni modo licito tempore et loco et congruis tenetur
 10 obviare presenti scismati et super eo remediare, quia quilibet tenetur liberare proximum ab errore dampnabili. Certum est autem quod in isto scismate cadit error et si non hereticalis, tamen dampnabilis. Igitur patet intentum. Assumptum autem probatur sic: nam illud quod est
 15 licitum extra tempus extreme necessitatis, tempore extreme necessitatis est debitum, quonymo etiam illud quid extra tempus extreme necessitatis est illicitum, ut dare pauperi rem alienam, tempore extreme necessitatis fit licitum, sed liberare proximum ab errore non dampnabili, quid non
 20 est extreme necessitatis, est licitum, igitur liberare proximum ab errore dampnabili est debitum, contra quod debitum necessitatis extreme non potest papa precipere nisi per se vel aliter voluerit a periculo liberare. Nichil enim potest papa precipere quod obviat caritati.

P1 234v

Uterius ad idem potest argui ex quodam tacto in fine quarte rationis presupponendo quandam regulam tactam in sexta ratione, scilicet quod
 25 illud quod est licitum extra tempus extreme necessitatis, in tempore extreme necessitatis fuit debitum. Sed non obedire superioribus ad eorum correctionem extra tempus extreme necessitatis, quonymo eius corrigere est fidelibus licitum, patet per GREGORIUM, 2, questione 7 scribente episcopis universis “sicut laudabile discretumque est” etc. Quod
 30 autem hoc modo sit extreme necessitatis, quia non videtur melior via sedandi scisma quam neuter obedire donec de misericordie alterius eorum extiterit declaratum per iudicem competentem. Quonymo, ut tactum est in predicta ratione, obedientes partibus videntur scisma intrare* quod de necessitate salutis, scilicet scisma intrare vita-re* tenentur. Nam hoc,
 35 ut ibidem, scilicet in dicta ratione, hoc videtur esse favere facinori.

Item, unusquisque fidelis tenetur loco et tempore seu locis et temporibus ad fraterna correctionem per supradictam regulam. Nam

8 ulterius] sexta ratio *add. in marg. P1*
 congruis] tempore et loco *scr. sed del. P1*
 necessitatis *scr. sed del. P1*

9 tempore et loco] *sup. lin. P1*
 16 illicitum] tempore extreme

fraterna correctio ecclesia extra tempus extreme necessitatis est licita, et per consequens, tempore extreme necessitatis est debita. Fraterna autem correctio non solum se extendit ad inferiores et equales, sed etiam ad superiores. Unde et PAULUS PETRUM reprehendit et ei in faciem rescitit,
 5 *Ad Galatas 2: cum autem venisset Petrus Antiochiam in faciem restitit ei, quia reprehensibilis erat.* Unde Sanctus THOMAS, *Secunda secunde*, questione 33, articulo 3 dicit sic: “duplex est correctio. Una que est actus caritatis, que specialiter tendit ad emendationem fratris delinquentis que est per simplicem admonitionem. Et talis correctio pertinet ad
 10 quemlibet caritatem habentem, sive sit subditus sive prelatus” seu caritatis habere debentem. “Est autem alia correctio que est actus iustitie, per quam intenditur bonum commune, quod non solum procuratur per admonitionem fratris, sed interdum etiam per punitionem, ut alii timeant et a malo desistant. Et talis pertinet ad solos prelatos, qui non
 15 solum habent admonere, sed corrigere et cogere puniendo.” Et articulo 4 dicit quod “correctio que est actus iustitie per cohercionem pene non competit subdito respectu prelati. Sed correctio fraterna, que est actus caritatis, pertinet ad unumquemque respectu cuiuscumque persone ad quam caritatem debet habere, si in eo aliquid corrigibile inveniatur.” Et
 20 per consequens, unusquisque tenetur ad fraterna correctionem, etiam superioris. Fidelis enim quisque etiam superior altero fideli frater eius debet senseri, debet ***ri potest iure divino, licet humana institutione pater vocatur. Unde Salvator in *Evangelio: omnis vos fratres estis. Et patrem nolite vocare vobis super terram*, supple qui fratris n*** amittat,
 25 *unus est enim pater vester*, etc.

Unusquisque igitur fidelis omni modo sibi possibili congruenti et rationali obligatur corrigere fraternaliter etiam superioris suum quamlibet etiam papam. Et si non verbo, possit facto, scilicet sibi non obediendo aut resistendo, si obmittat debitum sui officii exercitium
 30 aut alias non debite intendat saluti fidelium, nec remediare scandalis et scismatibus ad quod vel ad que tollenda tenetur, ut infra probabitur circa finem huius, etc. Alter modus correctionis possibilis videtur per orationem ad Deum, etc.

Media ad conclusionem premissam, scilicet quod quilibet fidelis teneatur omni rationabili sibi possibili tenetur obviare presenti scismati
 35 ac super ipso remediare, prout ulterius multiplicari per hoc quod quilibet tenetur ad bonum pacis, concordie et caritatis inter fidelem

3 equales] et superiores scr. sed del. P1 27 rationali] habet scr. sed del. P1 37 bonum] nona ratio add. in marg. P1

tamquam inter fratres. Item, ad fortificationem fidelium et vitandam debilitationem ipsorum contra infidelem in casu fidei specialiter que causa ad omnes fideles pertinere ostensa est in principio supra.

Scire etiam in quo vel in quibus potestas plenaria partialisque, maior
 5 aut minor ordinis ligandi et solvendi ligata dudum per potestatem regiminis apostolicis Romanis pontificibus pacificis de consensu fidelium. Clare ex iste dignoscatur, ut sciantur, ad quem vel ad quos in casu quolibet recurrendum.

Hec pro nunc sufficiat in generali pro illa conclusione.

|| Quartum folium.

P1 235r

In speciali vero ad quid unusquisque tenetur potest dici quod etiam quamcumque fideles impotentes verbo et facto ad remedia rigorosa tenentur saltem compati matri sue ecclesie sic turbate et vivise* tunice in consutili corporique mistico Domini Ihesu Christi. Unde Apostolus
 15 frequenter inquit: *omnis unum corpus sumus in Christo singuli autem alter alterius membra*. Unde et ex hoc debemus *alterum alterius onera portare, ut impleatur lex Christi*. Et impossibile quod dictum est per YACOBUM Apostolum: *orate pro invicem ut salvemini*, scilicet in unitate Ecclesie catholice extra quam, secundum AUGUSTINUM et alios doctores,
 20 non est salus. Unde et simplices catholici seu fideles aliud, scilicet facere non potentem circa remedium presentis scismatis, dicere Deo possunt illud dictum *Scripture Sacre: cum ignoramus quid agere debeamus, hoc solum habemus residui, ut ad te nostros oculos dirigamus*.

Unde AUGUSTINUS 2 libro *Contra epistola Parmeniani* et recitatur 23, quaestione 4, capitulo “Non potest esse” sub hiis verbis:
 25 “Non potest esse salubris correptio, nisi cum ille corripitur, qui non habet sociam multitudinem. Cum vero idem morbus plurimos occupaverit, nil aliud bonis”, scilicet impotentibus corrigere, “restat, nisi dolor et gemitus”. Et per consequens oratio, ut videtur, et infra: “Cum contagio
 30 peccandi multitudinem invaserit, divine discipline severa misericordia necessaria est. Nam consilia separationis et in mania sunt, et pernicioosa,

4 scire | decima ratio *add. in marg. P1* 9 hec — conclusione | *in marg. inf. P1*
 10 quartum | item, quod sit presenti scismati debitis succendum* videtur propter periculum obdurationis et perpetuitatis utende de simplicibus; rescende* dictum ad speciales status *add. in marg. sup. P1* debitis^{ad quartum} | ne 118* scisma peremprove* *add. sup. lin. P1* 11 tenetur | teneantur a. c. P1 14 apostolus | Apostolus: *solliciti servare unitatem spes in vinculo pacis etc. add. in marg. P1*
 16 debemus | alterius *scr. sed del. P1* 22 sacre | *lac. add. P1* 23 solum | habemus *scr. sed del. P1*

atque sacrilegia, quia inopia et superba sunt, et plus perturbant bonos infirmos quam corrigant animosos malos.” Ad dictum igitur est super hiis a simplicibus remedium. De remedio neuter obediendi ad finem habendi concordiam seu declarationem canonicam super presenti scismate quam
 5 prelati superiores non sine culpa videntur obmittere, et de qua tactum est arguendo, tacendum est pro nunc, quia forsan infra tangentur visio ad quid alii a simplicibus sunt obligati.

Quod autem superiores prelati teneantur de necessitate salutis ad sedationem presentis scismatis, probatur quia tenentur ad subventionem
 10 temporalem pupillorum et viduarum, igitur a multo fortiori ad subventionem spiritualem cunctorum fidelium vel saltem multorum, scilicet subveniendum partis errantis. Assumptum patet auctoritate GELASII Pape, 87 distinctione, capitulo “Licet omnibus”, ubi dicit: “Licet omnibus de nobis sperantibus non debeamus inquantum possumus nos
 15 negare, plus tamen viduarum et pupillorum causas impensius duximus exequendas, quas tueri a nobis vel ab omnibus divina manifestat assertio.” Scriptum est enim: *religio munda et immaculata apud Deum et Patrem hec est visitare pupillorum et viduas in tribulatione eorum*, etc.

Item, prelati tenentur resistere ecclesiam spoliare volentibus quo ad
 20 bona temporalia, igitur tenentur resistere eam dissipantibus spirituali. Consequentia nota, assumptum patet de Onia summo sacerdote qui bene et constanter restitit Theodoro volenti spoliare templum Domini et auferre deposita pupillorum et viduorum, 2 *Machabeorum* 3.

Item, prelati tenentur ad custodiam vite subditorum et vitanti eorum
 25 mortem, igitur tenentur pro vita subditorum spirituali laborare ad sedationem presentis scismatis. Consequentia nota, assumptum probatur per GREGORIUM *Super Ezechielem*, Omelia 11, dicentis: “ubi subditus ex sua culpa moritur, ibi qui preest, quoniam tacuit, reus mortis habetur vel tenetur.” Ipsis namque prelati de quolibet suo subdito a Deo dictum
 30 est vel dici potest *custodi mihi virum iustum quod si lapsus fuerit, erit anima tua pro anima illius, Regum*, etc.

Item, prelati tenentur Papam corrigere de errore heretico, igitur tenentur eum corrigere de crimine scismatico. Assumptum patet quia aliter Papa non posset accusari de heresi, cuius oppositum posset probari
 35 multipliciter. Et consequentia nota. Nam in huius scismate est heresis vel ad ipsum sequitur heresis, ut alibi tangitur, et esto quod non sit ibi directe heresis, est in error dampnabilis in parte errante ex inobedientia

6 quia] quiaua P1 8 quod] de prelati add. in marg. P1 15 pupillorum]
 causis scr. sed del. P1 18 eorum] et per consequens n. scr. sed del. P1

ad veram Romanam Ecclesiam, “que disponente divino ceterorum caput est et magistra”. Saltem ad hoc tenentur prelati partis errantis, nec excusat eos propius error si consimiliter plebi errent. Nam de culpa sua nullus debet commodum reportare. Unde Salvator: *si cecus ceco ducatum prebeat, ambo in foveam cadunt*. Tales autem *ceci sunt, et duces cecorum*.

Et quod omnes prelati tacentes circa presens scisma et dissimulantes peccent dampnabiliter, et specialiter prelati partis errantis, videtur quia sunt fautores scismatis, et per consequens, sunt obnoxii scismatice pravitatis. Probatur auctoritatibus sanctorum patrum quasi* alique tacte sunt supra. Unde INNOCENTIUS, 83 distinctione, capitulo “Error” ubi dicitur quod “Error, cui non resistitur, approbatur” et patet idem per verba sequentia: “veritas, cum minime defenditur, oprimitur. Negligere quippe, cum possit perturbare perversos, nihil aliud est quam favere vel fovere. Nec caret scrupulo societatis occulte, qui manifesto fascinori desinit obviare”, que allegata sunt supra generali de omnibus fidelibus, specialiter tamen in prelati locum habet. De quibus Propheta inquit: *super muros tuos Ierusalem posui custodes*, etc.

|| Ad idem, GREGORIUS, 83, capitulo “Consentire”, dicens: “Consentire videtur errori qui ad resecanda que corrigi debent non occurrit.” Unde in talibus qui tandem consentire videtur modo agentis et consentiendis, pari pena puniunt, et per consequens, pari peccato et delicto peccant, cum iuxta: *mensuram delicti debeat esse plagarum modus*; Apostolus, *Romanos 1: non solum qui faciunt eam, sed qui consentiunt facientibus digni sunt morte*.

Et quod tacens qui prohibere potest, puta prelatus potens obviare scismati, sic sensendus* fautor scismat. Probatur per locum a minori, quia, qui potest prohibere iniunctionem violentam manuum in clericos vel in clericum est fautor iniunctionis, ac eandem penam cum iniciente incurrit, igitur sic erit in proposito. Assumptum probatur auctoritate INNOCENTII III, que habetur *Extra, De sententia excommunicationis*, capitulo “Quante”, dicens: “Quante presumptionis in rectores ecclesie manus inicere violentas”, et infra: “Ne autem solos huiusmodi violentie auctores aliquorum presumptio extimet puniendo, facientes et consentientes pari pena plectendos catholica condempnat

P1 235v

3 sua] *sup. lin. P1* 4 si] *sec. scr. sed del. P1* 6 omnes] *sup. lin. P1*
 18 ad] arguatur de multitudine prelatorum, puta cardinalium vel aliorum *add. in marg. sup. sed del. P1* ; de consentientibus interpretative et equivalenter *add. in marg. P1* 22 delicti] *iter. P1* 29 assumptum] auctoritatem aliquam inducuntur *add. in marg. P1* 30 que] *prima add. in marg. P1*

auctoritas, eos delinquentibus favere interpretans, qui, cum possint, manifesto fascinori desinunt obviare.” Ubi dicit *Gloza* quod hoc debet intelligi de prelati.

Et IOHANNES VIII, ut habetur 86 distinctione, capitulo “Culpam”
 5 inquit sic: “Culpam procul dubio habet qui quod potest corrigere
 negligit emendare. Scriptum quippe est: *non solum qui faciunt, sed qui
 consentiunt*, facientibus participes indicantur. Et liberat prospera qui
 ab afflictis pellit adversa. Et negligere, cum possit perturbare perversos”
 etc. ut supra INNOCENTIUS, 83 distinctione, capitulo “Error”, usque ibi
 10 “desinit obviare”. Et consequenter IOHANNES VIII dicit: “Et probat se
 odisse vicia, qui condempnat errantes. Nec relinquit sibi locum deviandi,
 qui non pepercerit excedenti. Et primus innocentie gradus est odisse
 nephanda. Et latum pandit delinquentibus aditum, qui iungit cum
 pravitate consensum. Et nihil prodest alicui non puniri proprio, qui
 15 puniendus est alieno peccato.”

Item, distinctione 83, capitulo 1, et allegatum est supra: “Non
 est grandis differentia si letum inferas vel admittas. Mortem enim
 languentibus probatur infligere, qui hanc, cum possis, non excludit”.

Item, AMBROSIIUS, 86 distinctione, capitulo “Pasce” dicit: “Pasce
 20 fame morientem. Quisquis enim in pascendo hominem servare poteris,
 si non paveris, occidisti.”

Et LEO Papa, *Extra, De hereticis*, capitulo 2: “qui alios cum
 potest ab errore non revocat, seipsum errare demonstrat.”

Et IOHANNES VIII, 23, questione 8, capitulo 8: “Scriptum enim est
 25 quod qui crimina, que potest emendare, non corrigit, ipse committit”,
 id est, illorum est reus.

Et ALEXANDER III, *Extra, De homicidio*, capitulo “Si dignum”
 scriptum est, scilicet *Proverbiorum* 24 quod “qui potuit hominem
 liberare a morte, et non liberavit, eum occidit.”

30 Et sic patet quod negligentes sunt dicendum faventes interpretative
 ex quo ulterius patet per locum a minori quod multo magis consentientes
 positive et formale etc.

Et ad hoc plures auctoritates potest adduci. Unde AUGUSTINUS,
 et habetur 23, questione 4, capitulo “A malis”, ubi dicitur: “Duobus

4 et] secunda add. in marg. P1 capitulo] si scr. sed del. P1 11 sibi]
 sup. lin. P1 12 pepercerit] delinquenti scr. sed del. P1 16 item] tertia
 add. in marg. P1 19 item] quarta add. in marg. P1 22 et] quinta add. in
 marg. P1 24 et] sexta add. in marg. P1 27 et] septima add. in marg.
 P1 30 interpretative] ex hiis scr. sed del. P1 32 et formale] sup. lin. P1
 33 et] de consentientibus sceleribus positive et facto add. in marg. P1

modis non te maculat malus: si non consentias, et si redarguat. Hoc est non communicare, non consentire; communicatur quippe, quando facto alicuius quis consortio voluntatis vel approbationis adiungitur.” Et sequitur ad propositum etiam necligentium tantum: “Neque ergo
 5 consentientes sitis malis, ut probetis; neque necligentes, ut non arguatis; neque superbientes, ut insultantes arguatis.” Sed supple caritative.

Prelati ergo consentientes errori, scilicet prelati partis errantis, maxime sunt fautores scismaticis et potissime, si sint defensores et promotores, et plus aliis ponant et plus, per consequens, puniendum.
 10 Unde URBANUS Papa, 24, questione 3, inquit: “Qui aliorum errorem defendit multo est dampnabilior illis qui errant, quia non solum ille errat, sed aliis offendicula errorum preparat et confirmat.” Idem ponit AUGUSTINUS in alio casu, unde *Ad Macedonium*, et habetur 23, questione 5, capitulo “Cum homo”, ubi dicitur quod “aliquando qui causa
 15 mortis fuit potius est in culpa quam ille qui occidit; velud si quispiam decipiat fideiussorem suum, atque ille pro isto supplicium legitimum luat.” Sed hic casus non videtur efficax probatio. Ad exemplum ponit Papa GELAZIUS, 96 distinctione, capitulo “Duo sunt”, dicens: “Beatus Innocentius Papa Archadium imperatorem, quia consensit, ut Sanctus Iohannes Chrisostomus a sua sede pelleretur, excommunicavit.” Super
 20 quo dicit *Gloza* ‘consensit’: “argumentum consentientem maiori pena astringi quam facientem”; maxime prelati et superiores, quia ad plura et maiora et magis obligantur quam simplicem et subditi, “cum enim augentur rationes crescunt donorum” etc. GREGORIUS in *Omelia de*
 25 *confessoribus episcopis*. || Idem patet per YSIDORUM, 11, questione 3, capitulo “Qui consentit” ubi recitatis que dicta sunt dicitur: “Hinc etiam alius Pater ait: si quis alterius errori consentit, sciat se cum illo simili modo culpabilem”.

P1 236r

Item, ille cuius consilio seri cooperatore homicidium committitur
 30 dicitur homicidia. AUGUSTINUS, et ponit distinctione 1, capitulo “Periculose” ubi dicitur sic: “Periculose se decipitur qui extimant eos tantum esse homicidas esse qui manibus homines occidunt et non potius eos per quorum consilium et fraudem et exonerationem homines
 35 interfecerant, sicut scriptum est, nobis non est licitum interficere quamquam, sed tamen illis Domini mors imputatur, quia ipsi ligna interfecerunt dicentes ‘crucifige, crucifige eum’. Unde unus Evangelista

15 occidit] etc. *scr. sed del. P1*
sup. lin. P1
lin. P1

20 iohannes] *sup. lin. P1*
 25 idem] quintum folium *add. in marg. sup. P1*

21 consensit]
 26 ubi] *sup.*

dicat Domini esse crucifixum hora tertia, alius hora sexta, quia Iudei crucifixerunt eum hora tertia lingridi* milites hora sexta manibus.”

Ad idem, CELESTIUS III, *Extra, De punnantibus clericis in duello*, capitulo “Habentius” dicit: “Homicidium etiam tam facto quam
5 precepto sive consilio aut defensione non est dubium perpetrari.” Et hoc idem ibidem dicit *Gloza* et capitulo “Si quis viduam”, distinctione 50, dicitur: “Similiter si homicidii aut facto ut miles aut precepto ut iudex aut consilio ut assessor aut defensione evitabili post baptismum conscius fuerit et per aliquam subieptionem ad clericatum venerit, deiciatur, et
10 in fine vite sue communicationem tamen modo acquirit” etc.

Ex hiis patet quod non solum facto homicidium committentes sunt dicendi homicide, sed consentientes, et homicidio modum predictis dicendi sunt homicide. Et sic de heresi et aliis peccatis videtur dicendum quod intelligendum est quod sunt dicendi homicide, id est rei homicidio,
15 sicut “qui vidit mulierum ad concupiscendum eam iam metatus est in corde suo” etc. Et sic videtur dicendum de heresiis quod consertive tenet hereticis ut heresis publicent aut diffiniant etiam si non credant illis heresibus rei sunt criminis heresis sic et de scismaticibus videtur dicendum. Igitur, quilibet de necessitate salutis sue tenetur talibus non
20 consentire, quinimmo, si ad hoc potens fuit, tenetur impedire talia et maxime si sibi incumbat ex officio comisso sibi assumpto, qualiter videtur esse sentiendum de prelatis “quos non debet pudere” sed iura “proprios errores corrigere qui in hoc positi sunt, ut aliorum corrigant errores”.

Quod confirmatur: nam in presenti scismate intervenit mors spiritualis incorporabiliter fugibilior corporali, et non solum unius persone, sed plurem comitatum regnorum etc. in parte errante. Et vero Summo Pontifici et Romane Ecclesie non obediente, ut quilibet partium tenet et, per consequens, quilibet catholicus ad hoc potens
30 tenetur tali morti obstante spirituali obiciare de necessitate salutis. Tales autem ad hoc parentes videatur esse vel debent esse prelati Ecclesie.

Et si respondeat unusquisque prelatus se non posse obviare, isti responsionem potest replicare, quia et si nullus unus prelatus potest remediare toti scismati, potest tamen remediare pro parte, scilicet in sua
35 diocesi. Item, et si nullus huius prelatus potest remediare, tamen tota

14 homicidio] homicideo *a. c. P1* 18 et] *sup. lin. P1* 19 dicendum] cum igitur prelati *scr. sed del. P1* 20 ad hoc] *sup. lin. P1* 22 prelatis] *deq. scr. sed del. P1* 32 prelatus] suorum persona *scr. sed del. P1* 35 item] 19 folio *add. in marg. sed del. P1*

multitudo prelatorum potest remediare et non remediat, igitur huius multitudo prelatorum in hoc casu peccat et, per consequens, quilibet similarum prelatus, quia non videtur magis ratio de uno quam de alio; plus tamen primates, deinde archiepiscopi, deinde episcopi, sed quod
 5 magis vel minus vel pluribus vel paucioribus presunt etc.

Et si dicatur quod hoc verum est de prelatis partis errantis, potest obici quam quamvis hoc clarum videatur de istis, scilicet prelatis partis errantis, et specialiter de promoventibus partem suam errantem actum per alicas rationes supratactas, videtur verum esse de omnibus etiam
 10 alterius partis non errantis prelatis, quia quamvis non ex invincro* sibi officio non teneantur providere errori non sibi subditorum, tamen ex caritate qua tenentur diligere quemlibet proximum suum et ex precepto de dilectione et ex misericordia ad cuius opera tam corporalia quam
 15 spiritualia quisque tenetur loco et tempore oportunis, ut tactum fuit supra et probatum de quolibet catholico ac fidei tenentur similiter ipsi prelati providere saluti etiam non sibi subditorum, quia hoc “debent velle facere alteri quod vellent vel velle debent sibi fieri”.

De obligatione vero huiusmodi prelatorum saltem responsionem suorum subditorum et in *Decretis* et in *Scriptura* habetur. Unde
 20 LEO Papa, et habetur 86, capitulo 1, sic dicit: “inferiori culpe ordinum ad nullos magis referendum est quam ad desides et negligentes rectores qui multam sepe miterunt pestimentionem dum austeriorem dissimulant adhibere medicinam” ad quam exhibendam in sibi subditos tenentur iuridice ex sibi assumpto gradu pastoratus vel cuius in quo fueribus*
 25 proximos suos ex caritate tenentur ad fraternam correctionem et alia misericordie opera caritatis et preceptorum etc.

|| Item, 43, capitulo “Ephesiis” dicit GREGORIUS sic: “Ephesiis Paulus dicit *inde sunt manus mee a sanguine omnium verum*” etc. usque ibi
 30 “quia cum interpretatione delinquentes noluerit eos proculdubio pastor occidit.”

P1 236v

Item, quia tales non defendunt gregem sibi commissum, a lupis crudeliter invadentibus, et sicut sunt sicus “canes muti non valentes latrare” de quibus Dominus per prophetam *Ysaïam*, 56: *omnis bestie agri, venite ad devorandum* etc. *speculatores eius ceci omnis noscierunt*
 35 *universi canem uniti non valeant latrare*.

Sunt etiam iuxta vocem dominicam non pastores, sed mercenarii, *Iohannem* 10 bonus pastor animam suam ait pro omnibus suis vel
 **anus autem et cuius non sunt oves proprie videt lupum venientem et

1 remediare] igitur scr. sed del. P1 10 quia] ex scr. sed del. P1 sibi] suo a. c. P1 16 subditorum] ditorum scr. sed del. P1 34 ad] iter. P1

fugit, quia non est ei cura de omnibus. Omnis enim huius que sua sunt querunt non que aliorum, ex quo monstrant clare se cacitate cavere. De qua Apostolus PETRUS cu* 13 dicit quod non querunt que sua sunt.

Et 24, questione 3, capitulo “Illud” inquit hic “Illud sane prelatum
5 michi displicere significo” etc. usque ibi “abicienda prorsus pestifera hec a sacerdotali vigore patina est que sibimet procedo aliorum peccatis non partit.”

Item, carnes putrede a corpore sunt resecande ab eo qui corpus
10 ovibus gerit ne totul corpus corrumpatur et ovis morbida et scabiosa repellenda est a caulis per illum qui caularum eternum gerit, teste IERONIMO qui, ut legitur 45 distinctione, capitulo “Resecande” dicit ut tactum est: “Resecande sunt” etc.

Item, episcopi et prelati voce prophetica iubentur exire spiritualiter
15 ab omnibus malis et recedere ac eos non tangere. *Ysaia* ly: Recedite. Recedite hinc pollutum, nolite tangere exire de medio eius in divini qui fertis vasa Domini. Quod exponens AUGUSTINUS *De verbum Domini*, et habetur 23, questione 4, capitulo 1, ubi sic dicitur: “Tollerandi sunt mali pro pace, nec corporaliter ab eis recedendum, sed spiritualiter” etc. usque “hoc ergo est exire ore non parcere, hoc est in mundum non
20 tangere voluntate non consentire.”

Et de obligatione prelatorum ad resecanda peccata et ad resistendum
pro viribus, specialiter de peccatis tangentibus fidem et Ecclesie statum. Unde 7, questione 1, capitulo hoc tunc sic scribitur: “cum
25 vero non tantum prelatorum, sed totius Ecclesie salus queritur, et fides impugnatur, necesse est ut ex adverso ascendant, scilicet prelati, et in die belli seipsos mutum opponant pro domo Dei; animas suas ponant pro omnibus suis, ut exemplo sue passionis attendint quos sermone doctrine diutius confirmare non valent.” Pro hiis dicit Christus *Matthei* 10: nolite arbitrari quod venerim pacem mittere in terram. Et *Luce* 12:
30 putatis ne quod pacem veni mittere in terram. Non veni pacem mittere in terram, sed gladium. Et loquitur de pace temporali et corporali et de gladio temporalis persecutionis. Unde Apostolus: omnis qui pie volunt in Christo, ipsi persecutionem patientur, et specialiter prelati, su debitum suum circa officium suum, et zelare locum commune, ut tenentur nulli
35 dubium persecutionem paterentur, si se muros opponerent pro domo

4 illud] prebanum *scr. sed del. P1* ; satius *add. sup. lin. sed del. P1* 13 item] *iter. P1* ; et capitulo sequenti dicit sic *scr. sed del. P1* 23 unde] 7 causa, questio 1, capitulo etc. *add. in marg. P1* 27 quos] *iter. P1* ; exemplo sue passionis *scr. sed del. P1* 35 persecutionem] *iter. sed del. P1*

Dei.

Et quod ad hoc teneantur de necessitate sue salutis, in pluribus locis demonstrat. Eis namque dicitur *Ysaie* 58: clama ne cesses usque ibi domui Iacob peccata eorum. Alibi super muros tuos posui custodes etc.

5 Sed quod ad hoc teneantur de necessitate salutis, scilicet ad exponendum tanquam muros pro domo Dei. Nam pro hoc defectum implicatur eis *Scriptura* ve, scilicet eterne dampnationis. Unde *Ezechielem* 13: ve prophetis Israhel insipientibus qui secuntur spiritum suum et nichil vident quasi vulpes in desertis prophete tui Israhel. Et sequitur ad
10 propositum, quibus dicitur hos reprehendendo non ascendistis ex adverso, neque opposuisti murum pro domo Israhel. Et 33: si speculator vidit gladium et non ceciverit buccina etc. usque ibi sanguine autem eius de manu speculatoris requiram. Aliter prelato uniterque dicitur custodi michi virum istum etc.

15 Et de bono prelato dicitur *Ezechielem* 3: filii hominis speculatorem dedi te donum Israhel etc. multa usque ibi cum autem animam tuam liberasti. *Ieremie* 6: speciose et delicate assimilavi filiam Syon, scilicet Ecclesiam. Et in *Ieremia*: pascet unusquisque eos qui sub manu sua sunt. *Malachie* 2: o sacerdotem, si volueritis audire etc. usque ibi labra sacerdotis etc. legem de ore eius exquiram etc. quia angelus Domini exercituum est.

Ad hoc idem sunt iura canonica, *Extra*, *De officio iudicis ordinarii*, capitulo “Irrefragabili” ubi dicitur: “Irrefragabili constitutive sanximus ut ecclesiarum prelati ad corrigendos subditorum excessus
25 maxime clericorum et ad reformandum mores prudenter et diligenter intendant ne sanguis eorum de suis manibus requiratur.” Ad hoc igitur tenentur prelati de necessitate sue salutis, igitur a multo fortiori tenentur ad reformationem status universalis Ecclesie, quia bonum commune preferendum est, et, per consequens, tenentur de necessitate salutis
30 ad remediandum iuxta posse ad remediandum super presenti scismate, quod erat probandum.

Hoc de prelati.

In processu de prelati potest assumi unum principium simile cuidam superscripto quo dicebatur quod illud quod extra tempus necessitatis est
35 licitum, tempore necessitatis extreme fit debitum. Similiter hic potest assumi taliter quod subditis est licitum et debitum super eronationis in

4 muros] *iter. sed del. P1*

22 ad] in prologo Ieronimus stam quippe rusticus etc. *add. in marg. P1*

30 remediandum¹] ad propositum *add. in marg. P1* 28/33–29/3 in processu — omelia] *in marg. inf. P1*

prelatis fit debitum, quia ubi simplicem peccant venialiter, superiorem peccant mortaliter. “Cum enim augentur dona, rationes etiam crescunt donorum. Tanto ergo humilior” etc. GREGORIUS in *Omelia*.

|| Sextum folium.

P1 237r

5 Quid autem sit agendum pape in presenti casu de necessitate sue salutis seu ad quid agendum circa hoc tenebatur de necessitate salutis? Notum est primo de non vero papa quod resignatio non sibi competit, quia, ut dicunt iuriste viri quod non competit resignationem locus non est, sed debet de necessitate sue salutis supersedere ab iniusto exercitio
10 officii non sibi competit et puniet agere de iam factis iniuste.

Quid autem verus papa debeat facere cum a magna parte fidelium sit reputatus non papa diffamatus de intrusione et de iniusto exercitio papalis officii. Arguunt aliqui quod tenetur se submittere de necessitate salutis aliorum iudicio etiam inferiorum iudiciis. Et arguunt sic: utilitas
15 communis et propria sunt preferende malitie proprie et aliene omnique utilitate proprie temporali, sicut pro causa rescribit Papa PELAGIUS cuidam episcopo, 7, questione 1, capitulo “Scias frater” dicens “Nam plurimorum utilitas unius utilitati aut voluntati preferenda est.” Hoc quoque probat GREGORIUS in *Registro* et ponitur 8, questione 1,
20 capitulo “In Scripturis” sub hiis verbis: “Si enim unigenitus Patris pro explenda utilitate omnium de secreto Patris ad publicum nostrum egressus est, nos qui dicturi sumus, si secretum nostrum preponimus utilitati proximorum? Quies utique appetenda est, et tamen pro multorum salutem aliquando postponenda. Nam sicut toto desiderio
25 debemus occupationem fugere, ita si desit qui predicet et occupationis onus libenti necesse est humero subire.” Ex quibus verbis sequi videtur quod, sicut quies propria, que est bonum proprium delectabile, ita utilitas propria, que est bonum comodi proprium, ac honor proprius, qui est bonum honestum proprium vel bonum honorabile. Triplex enim
30 ponitur genus: boni delectabile, utile, et honestum, que propria sunt bono communi postponenda.

Et preterea LEO Papa talem cuidam episcopo legitur dedisse rescriptum, 25, questione 1, dicens: “Que ad perpetuam ordinata sunt generaliter utilitatem nulla commutatione varientur, nec ad privatum

2–3 rationes — donorum] *ill. P1* 5 quid] de papa inc* de papa *add. in marg. P1* papa^{ad} quid] *iter. sed del. P1* 6 agendum] *sup. lin. P1*
10 iniuste] 19 folio tertia solutio *add. in marg. P1* 13 aliqui] aliquid *a. c. P1* 16 pelagius] *iter. in marg. P1* 19 gregorius] *iter. in marg. P1*
23 proximorum] *p. c. P1* 32 leo] *iter. in marg. P1*

trahantur commodum que ad bonum commune sunt prefixa, sed maneant termini, quos constituerunt Patres, ne iniuste rapiatur alienum, sed intra fines proprios atque legitimos, prout quisque valuerit, in latitudine se exerceat karitatis.” Que *non querit que sua sunt*, I Corinthios 13.

5 Utilitas ergo communis et propria preferenda est utilitati solum proprie, et multo magis est preferenda malicie proprie et aliene, sed Papa, quem multitudo fidelium dubitat esse proprium ac opinatur intrusum atque iniuste exercere officium gradus papalis dignitatis submittendo se iudicio aliorum procurat utilitatem propriam et communem, quia
10 procurat declarationem veritatis et iustitie, et hec utilitas non impedit propriam quamque veram utilitatem, etiam si contra ipsum veritas declaretur, dicente Salvatore: *quid enim prodest homini, si universum lucretur anime vero sue detrimentum paciatur?*

Si vero pro ipso veritas et ipsum habere ius declaretur seipsum
15 a crimine de quo suspectus habebatur, liberabit suspicantium que contra ipsum ignorantiam seu forsan maliciam confutabit et exemplo sue submissionis humilis subditos edificabit universos dum zelo veritatis et iustitie non refugit iudicium subditorum, sicut et Salvator noster, ut exemplum humilitatis mutue suis daret, lavit pedes discipulorum
20 suorum, dicens finaliter: *Scitis quid fecerim vobis?* etc. *Si ego, Dominus et magister, lavi pedes vestros, et vos alter alterius debetis lavare pedes*, id est affectionem, etc.

Sed contra, quod propria nullo modo teneatur se submittere iudicio alienorum, scilicet subditorum, quia tunc pro qualibet iniuria
25 subditorum illata ac pro quoslibet crimine sibi imposito ad hoc tenetur quod probatur falsum ex dictis AUGUSTINI, *De vita clericorum*, recitatis 86 distinctione, capitulo “Quando” sub hac forma: “Quando necessitas discipline in moribus coercendis dicere vos verba dura compellit, etiam si ipsis modum vos excessisse sentitis, non a vobis
30 exigitur, ut vos a subditis veniam postuletis, ne apud eos, quos oportet esse subiectos, dum nimium servatur humilitas, regendi frangatur auctoritas.” Ex hiis patet quod, quando prelatus excedit modum correptionis non oportet quod petat veniam a subditis, et tamen petenda est venia ab omnem domino qui novit eos quos forsan plus iusto
35 correptionis quam benevolentia diligatis.

Et, per consequens, si prelatus etiam culpabiliter apud Deum modum excedat correptionis in subditos, non debet a subditis veniam postulare.

11 veram] utilitatem add. sed del. P1 13 paciatur] quid nobis profuit
superbia etc. add. in marg. P1 23 sed] obiectio add. in marg. P1

Ergo multo magis Papa, si inpetratur de falsa crimine, non oportet quod aliorum iudicio se submittat de necessitate salutis sue, licet hoc supererogando posset facere.

Respondi potest huic obiectioni quod non est simile de excessu
 5 correctionis in personam aliquam vel personas alicas similes, aut de
 illis illata iniuria vel de illis illatis iniuriis. Et de opinione unius magne
 communicatis et magne seu maioris partis totius Christianitatis, contra
 Papam de suo iure papatus et de incertitudine huius, utrum forsitan
 10 facere quisquis potest licite pro salutem dubitantium, cum pastor bonus
 habens oves centum, una perdita, dimissis nonaginta novem, in deserto
 ovem predictam debeat centesimam querere et ad gregem reliquum
 propriis humeris reportare, ut Veritas evangelica contestatur.

|| Ulterius ad idem: nam, si in premissu casu de dubietate iuris
 15 papatus a multitudine, papa se submiserit aliquorum arbitriorum aut
 aliorum iudicio et fuerit accusans seu accusator qui in probatione
 defecerit Papa tenetur ulterius se purgare, specialiter si Papa huius
 fuerit de tali iniustitia apud bonos et grues enormiter diffamatus, ita
 quod apud Catholicos sit extortum grave scandalum, inclusi* in quam
 20 casu ut nonnullis videtur, Papa teneretur vel tenetur se purgare de
 necessitate salutis, si non possit aliter suam famam recuperare.

P1 237v

Probatur: quicumque suam famam tenetur servare sanam, integram
 et illesam, si potest, etiam si absque culpa sua et necligentia lesa fuerit
 vel deperdita, de necessitate salutis recuperare et resarcire ac reparare
 25 tenetur; sed Papa tenetur ad primum; igitur tenetur ad secundum, et
 per consequens, si non potest aliter quam per purgationem, tenetur ad
 illam.

Assumptum patet per AUGUSTINUM qui, ut legitur 12, questione 1,
 capitulo “Nolo”, dicit sic: “Nolo, ut aliquis de nobis inveniatur occasionem
 30 male vivendi. Providemus enim bona, uti ait Apostolus, non tantum
 coram Deo, sed coram omnibus hominibus. Propter nos fama nostra
 non pollui, sed pollere debet in vobis. Due res sunt, conscientia et
 fama. Conscientia est necessaria tibi, fama proximo tuo. Qui confidit
 conscientie sue et famam suam necligit, crudelis est.” Et per consequens,
 35 si Papa diffamatus de crimine non se purgat, crudelis est, etc.

Item, ut legitur 11, questione 3, capitulo “Non sunt audiendi”, ubi

1 papa] *sup. lin. P1* 2 submittat] *quam scr. sed del. P1* 4 respondi]
 responsum *add. in marg. P1* 12 centesimam] *in deserto scr. sed del. P1*
 14 ulterius] *ad infra allegatis potest argui ad principale etc. add. in marg. sup. P1*
 nam] *sup. lin. P1* 22 probatur] *prima ratio add. in marg. P1* 24 ac]
 recup. *scr. sed del. P1* 29 capitulo] *9 scr. sed del. P1*

dicatur sic, sub auctoritate AUGUSTINI: “Non sunt audiendi, sive viri sancti sive femine, qui quando reprehenduntur in aliqua negligentia, per quam fit ut in malam veniant suspicionem, unde vitam suam longe abesse sciunt, dicunt coram Deo conscientiam sufficere sibi, existimationem hominum non solum impudenter, sed etiam crudeliter contempnentes, cum occidant animas aliorum, (quibus secundum suam suspicionem quasi turpis, que casta est, displicet vita sanctorum), et proinde blasphemantiam, vel etiam imitantium non quod vident, sed quod putant. Proinde quisquis a criminibus flagiciorum atque fascinorum vitam suam custodit, sibi benefacit; quisquis autem famam suam etiam suam custodit, etiam in aliis misericors est. Nobis enim necessaria est vita nostra, aliis fama nostra.”

Ex hiis sequitur quod quilibet Catholicus debet custodire famam suam illesam et plus aliis Summus Pontifex, qui pre aliis est astrictus aliorum profectibus spiritualibus, et per consequens sequitur quod Papa diffamatus de scismate ac intrusione ex ambitione tenetur de necessitate salutis famam suam resarcire et reparare submittendo se iudicio etc. purgandoque vel forsitan, ut tangetur, ad tollendam infamiam de ambitione tenetur papatui resignare.

Item, non minus est obligatus Papa bonis et modestis satisfacere, apud quos est diffamatus de intrusione et ambitione graviter quam detractoribus malivolis et malignis, ne etiam boni scandalizentur et malam de eo gerant opinionem. Sed ad secundum tenetur teste GREGORIUS, qui, ut legitur 11, questione 3, capitulo “Inter verba” dicit sic: “Inter verba laudantium sive vituperantium semper recurrendum est” ad conscientiam vel ad vitam, “et si in ea non invenitur bonum, quod de nobis dicatur, magnam tristitiam generare debet; et rursum si in ea non invenitur malum, quod de nobis dicatur, in magnam debemus letitiam prosilire. Quid enim, si homines nos non laudant et conscientia liberos nos demonstret? Audiamus Paulum dicentem: *Gloria nostra hec est, testimonium conscientie nostre*. Iob quoque dicit: *Ecce in celo testis meus*. Si ergo nobis est testis in celo et testis in corde, dimittamus foris loqui stultos quod volunt. Quid enim aliud detrahentes faciunt, nisi quod in pulverem sufflant, et in oculos suos terram excitant”. “Vocandi tamen sunt etiam ipsi et tranquille admonendi, et eis satisfieri modis omnibus debet, scientes quod Iudeis veritas dicit illud: *Ne forte scandalizemus*

2 sive] *iter. P1* 4 sciunt] *dicat scr. sed del. P1* 19 resignare] *et sequitur intentum principale finale add. in marg. P1* 20 item] *secunda add. in marg. P1* 34 vocandi] *ad propositum add. in marg. P1*

eos etc. Si autem satisfieri ex veritate noluerint, habet consolationem, quam in Evangelio aspicias. Cum enim Domino dictum fuisset: *Scis, quia audito hoc verbo scandalizati sunt iudei?* Respondit: *Sinite illos, ceci sunt duces cecorum.* Paulus quoque ammonet, dicens; *Si fieri potest, quod ex vobis est, cum omnibus caritatem pacem habentes.*” Et “hoc difficile esse prospiciens, premisit: *si fieri potest.* Et subiunxit. *quod fieri potest,* dicens *quod ex vobis est,* quia si nos in mente caritatem erga odientes nos servare cupimus, etsi illi nobiscum pacem non habeant, nos tamen cum illis sine dubio caritatem et pacem habemus.”

Ex hiis patet quod quisque inter eis a detractoribus malivolentis et malignis diffamatus mundicie debet ipsis modis omnibus quibus potest sacrificare, igitur multo magis Papa, si fuerit diffamatus, apud unos bonos et modestos de incursione et ambitione gradus apostolici, debet illis sacrificare et, si non potest aliter quam per purgationem, ad illa tenetur. Et si non posset per illa, tenetur ad resignationem saltem, si vult plene purgare aliorum suspicionem et diffamationem de ambitione gradus apostolicus officii ac presencie apostolice.

B. Exemplum de resignatione papatus, videlicet quod Romanus Pontifex potius debet resignare papatum, quam, quod Ecclesia maneat sic divisa, posset poni de illis duabus mulieribus contententibus coram SALOMONE de quodam puero cuius esset illarum, esset etc. Pia et vera mater maluit resignare puero quam quod pueri dederetur, dicens: *da illi infante vivum,* etc. possent ad propositum applicari, scilicet sententia similis sententie Salomonis: *hec est mater eius.* Sic hic forsan diceretur: hic est pastor eius † *us *teretur distinctioni: *date igitur illi infantem vivum,* etc.

|| Septimum folium

P1 238r

Unde capitulo 35, 6 libri *Ystorie* scilicet *ecclesiastice* sic scribitur: et “Dyonisius Novato salutem. Si invitus, ut ait, in hoc venisti, ostendes in eo, si desinas volens. Oportuerat quidem etiam omnia pati, ne scinderetur ecclesia Dei, et erat non inferior gloria sustinere martirium, ne scinderetur ecclesia, quam est illa, ne ydolis imoletur, ymo secundum meam sententiam magis hoc puto esse martirium. Illic namque unusquisque pro sua anima, in hoc vero pro omni ecclesia martirium sustinet, sed nunc sive tu persuadere, sive etiam cogere portes fratres

5 quod — est] *sup. lin. P1* pacem] *sup. lin. P1* 15–17 et si non — apostolice] *del. P1* 18–26 b exemplum — etc.] *in marg. inf. P1* 25 hic] specificus *scr. sed del. P1* 27 septimum folium] *in marg. sup. P1* 28 sic scribitur] *sup. lin. P1*

redire ad concordiam, maius in tibi erit emendationis meritum quam fuerat culpa commissis, quia illud iam non imputabitur, hoc etiam dignum laude dicitur. Si vero *illi in incredulitate permanserint*, salvans *salva animam tuam*. Vale, pacem desiderans, quam tibi inprecor.” Ex
 5 hiis clare argui potest.

Et si dicatur quod iste Novatus erat intrusus non rite electus et verbo ratio non valet, respondetur quod, ymo quia Dyonisius non arguit ipsum debere resignare seu supersedere ab exercitiorum pontificatus, nisi propter unitatem ecclesie cum pacem concordiam habendam. Et
 10 ad huius unitatem et pacem verus papa equaliter tenetur, ymo magis tenetur intendere saluti fidelium, cum sit Christus pastor. *Bonus enim pastor animam suam ponit etc.*

Etiam, quia “cum augentur dona, rationes crescunt donorum. Tanto igitur humilior atque ad serviendum Deo promptior debet quisque esse
 15 in opere quanto obligatorum se conspicit in reddenda ratione.” Verus igitur pastor ecclesie obligator est in reddenda ratione, ergo debet esse humilior et opere ad serviendum Deo promptior ad martirium premonstrando vel gradui suscepto designando, si aliter unire non potest gregem dominicum, etc. Vide in fine precedentis folii, A extra.

Ad idem, quicumque diffamatus de crimine recusat purgari, cum
 20 non possit aliter innocentiam monstrare, peccat mortaliter. Nam scandelizat infirmos quod est peccatum mortale, Matthæi 18: *quicumque sacandelizaverit unum de pusillis etc.* et, per consequens, cum papa teneatur vitare mortale peccatum, diffamatus de crimine incursionis
 25 tenetur se purgare.

Sed forsitan posset quod hic est scandalum acceptum non datum. Sed contra hoc potest argui videlicet quod sit scandalum datum, quia ille qui ex forma facti se purgare, cum diffamatus est, graviter ipse reddit se suspectum de crimine. Ymo videtur quod reddat se
 30 commitum, quia non minus reddit se suspectum, ymo coniunctum, quod ille qui vocatus est ad iudicium nititur subterfugere, cum sit gravius subire iudicium quam prestare purgatorium. Quod autem quicumque subterfugit iudicium reddat se convictum patet *Extra, De presumptionibus*, capitulo “Nullus” ubi dicitur sic: “confitetur
 35 enim de omnibus quisquis subterfugere iudicium dilatationibus putat.” Probatur 11, questione 1, capitulo “Christianus” ubi sic scribitur: “nam

6 et¹] tertia ratio add. in marg. sed del. P1 15 verus] autem scr. sed del. P1 17 et] sup. lin. P1 19 a extra] in marg. P1 26 sed] tertia ratio evasio replicatio add. in marg. P1

manifestum est, eum confiteri de crimine, qui indulto et totiens delegato iudicio” “quia qui iudicium refugit apparet eum de iustitia diffisum” et, per consequens, quodammodo reddit se convictum.

Et magis ad propositum quod diffamatus graviter de crimine teneatur se purgare et, per consequens, papa diffamatus de incursione ex ambitione teneatur se purgare et mostrare suam innocentiam, patet per illud quod scribitur 3, questione 9, capitulo “Decrevimus” ubi dic habetur: “nam manifestum est, eum confiteri de crimine, qui indulto et toties delegato iudicio purgandi se occasione non utitur” et, per consequens, diffamatus de crimine teneatur ad purgationem, si alio modo non potest mostrare suam innocentiam suam, ut tactum est.

Ad idem, quia papa tenetur facere que eidem sunt facilia atque sibi tam spiritualiter quam temporaliter prosunt et quorum oblivio* periculosa foret subditis et nociva, sic est de purgatione huiusmodi cuius facilitas. Patet, si fiat per proprium iuramentum, sicut de iure fieri potest, diffamatus igitur papa teneatur ad purgationem etc.

Item, quicumque tenetur ex debito caritatis exhibere illud quod est minus utile, tenetur exhibere illud quod est magis utile, si sic eque facile et nec sibi, nec alteri preiudicet, sicut qui tenetur pauperem pascere, tenetur eum vestire, si sibi eque facile. Sed papa tenetur ad opera misericordie temporalia et corporalia fidelibus exhibenda, sed utilius est fidelibus quod papa, si fuerit diffamatus de crimine, se purget, quam quod eisdem prestet opera misericordie corporalia, igitur magis tenetur ad purgationem etc.

Ad idem, quicumque tenetur vitare scandala, nec ea suscitare, tenetur scandala suscitanda tollere et sedare, si potest, sed ad primum tenetur papa, aliter non esset imitator Christi dicentis, Matthei 17: *ne autem scandalizemus eos* etc. nec Pauli prime ad Corinthios 8: *quapropter si esca scandalizat fratrem meum, non manducabo carnes in eternum, ne fratrem meum scandalizem*, et ad Romanos 14: *si enim propter cibum frater tuus contristatur, iam non secundum caritatem ambulas*, et infra: *noli propter escam destruere opus Dei, omnia quidem munda mundis, sed malum est homini, qui per offendiculum manducat*, et infra usque ibi: *neque in quo frater tuus scandalizatur*. Igitur papa tenetur scandala suscitata tollere maxime que de sua persona orta sunt et, per consequens, scismata.

|| Ad idem, ille in qui propter vitanda scandala debet obmittere nonnulla bona spiritualia propter multo magis vitanda scandala debet

P1 238v

38 multo magis] *sup. lin. P1*

perficere bona spiritualia. Papa autem propter vitanda scandala debet obmittere nonnulla bona spiritualia saltem ad tempus, ut predictionem verbi Dei, punctionem malorum etc. Igitur propter ideo* debet perficere bona spiritualia, cuius est purgatio. Sed obici posset isti rationem, quia
 5 per ipsam probaret quod ad vitandum scandalum quis teneretur intrare religionem et abdicare omnem proprietatem bonorum temporalium. Respondetur quod instantia non valet, quia intrare religionem etc. est supererogationis opus et, per consequens, ad hoc nullus tenetur purgare autem se graviter diffamato specialiter pape videtur esse de necessitate
 10 salutis, ut tactum fuit et probatum.

Ad idem, prelatus qui tenetur subditum liberare a minore periculo sive dampno tenetur eum liberare a maiori, si potest. Sed papa quinimo quilibet catholicus tenetur proximum suum liberare a dampno temporali et corporali. Patet per illud *Exodo 23: si videris asinum odientis te*
 15 etc. et *Proverbiorum 24: erue eos qui ducuntur ad mortem* etc. et illud *Psalmi: eripite pauperem et egenum de manu peccatoris liberate*. Et ista ratio tacta fuit supra.

Contra predictam sententiam videntur esse aliqua decreta summorum pontificum, scilicet SIXTI et LEONIS, qui, licet se purgaverint, ad
 20 hoc tamen minime tenebantur. Unde SIXTUS papa scribens omnibus episcopis, ut recitatur 2, questione 5, capitulo “Mandastis” de modo sue purgationis dicit sic: “Mandastis, ut scriberem vobis, qualiter iurgium contra me suscitatum est sic, ut vel aliquando vestro aminiculo pelleretur, et causa mea firmaretur. Scitote me criminari a quodam Basso, et iniuste
 25 persequi. Quod audiens Valentinianus Augustus nostra auctoritate synodum congregaret iussit. Et facto consilio, cum magna examinatione satisfaciens omnibus, licet evadere satis aliter potuissem, suspicionem tamen fugiens, coram omnibus me purgavi, me scilicet a suspicione et emulatione liberans; sed non aliis, qui noluerint aut non elegerint sponte
 30 formam dans.”

Item, LEO papa, ut habetur eadem causa et questione, capitulo “Auditum est” de se dicit idem, sic dicens: “Auditum est fratres carissimi, qualiter mali homines gravia crimina in me confinxerunt. Quamobrem ego Leo episcopus sancte Romane ecclesie purifico me in conspectu
 35 vestro coram Deo et angelis eius, quia criminosas istas et sceleratas istas res, quas illi michi obiciunt, nec perpetravi, nec perpetrari iussi. Hoc autem faciens non legem prescribo ceteris, qua idem facere cogantur.”

11 prelatus] *sup. lin. P1*
 23 ut] *vestro a scr. sed del. P1*

18 contra] *ad oppositum add. in marg. P1*
 30 formam] *p. c. sup. lin. P1 ; foram a. c. P1*

Ex hiis videtur quod papa diffamatus purgatione non egeat si non velint.

Ad ista persolvendum vel pro responsione ad ista pro intelligibilia premissorum sciendum est quod, sicut notat *Glossa* 11, questione 3, capitulo “In cunctis”, “Infamia inducta ab inimicis non facit vel non inducit purgationem, *Extra, De purgatione canonica cum iuventute*, et 2, questione 1, “Omnibus”, nec etiam a levibus personis, nec ab illis qui de facili credunt.” Quod etiam testatur INNOCENTIUS III, ut habetur *Extra, De accusationibus*, capitulo “Qualiter et quando” dicens ita “cum prelatus excedit, si per clamorem et famam ad aures superioris pervenerit, non quidem a malivolis et maledictis, sed a providis et honestis, nec semel tantum, sed sepe, quod clamor illuit et diffamatio manifestat, debet” — scilicet superior — “coram ecclesie senioribus veritatem diligentius perscrutari.”

Ex hiis patet quod non propter omnem infamiam necesse est prestare purgationem, quia non propter infamiam ortam ab inimicis et maledicis. Et sic patet responsio ad auctoritate SIXTI et LEONIS ex verbis eorundem auctoritatum.

Notandum est etiam quod predicti pontifices non erant diffamati, sed tantum accusati, et ideo non fuit necesse quod prestarent purgationem, quia deficiente accusatore reus non cogitur se purgare nisi fuerit diffamatus.

Tertio notant taliter respondentes quod predicti pontifices purgando se legem faciendi similiter minime aliis prebuerunt similiter, et summi pontifices in tali casu de iure nature et ex lege divina ac debito caritatis ad hoc necessario sunt a stricti et, per consequens, de necessitate salutis.

Contra primam responsionem seu primum notandum ac notatum pro responsione potest argui, nam videtur quod undecumque sit ortu infamia quod indiget purgatione, nam rationes supra inducte sic videntur concludere quod etiam videtur innuere *Gloza, Extra, De accusationibus*, “Qualiter et quando” dicens sic, unde “satis potest dici quod indicenda est purgatio undecumque procedat infamia saltem propter scandalum. Arguitur infra, *De purgatione canonica*, “Accedens.”

Contra secundam responsionem videtur quod deficiat, quia, secundum GREGORIUM, ut supra allegatum est, etiam detractoribus

4 notat] notandum primo *add. in marg. P1* 19 notandum] secundo *add. in marg. P1* 21 purgare] nisi *scr. sed del. P1* 23 tertio] *iter. in marg. P1*
 27 contra primam] *iter. in marg. P1* 35 contra secundam] *iter. in marg. P1*

debet omnibus* modis sacrificari et, per consequens, propter eos debuerunt predictae summi pontifices se purgare.

Tertia responsio non videtur valere, quia SIXTUS non solum asserit formam similiter faciendi aliis minime prebere, sed etiam quod aliter
5 potuerit evadere.

|| Octavum folium

P1 239r

Ad primum obiectum vel pro responsione ad primum nodandum, quod aliquando procedit infamia usque ad levos et honestos interdum vero boni providi et honesti nichil mali suspiciantur ex infamia suscitata
10 circa calicem diffamatum. In primo casu sive infamia fuerit orta ex intentio auctore, sive actio malivolo invideo maledico et vili persona vel a personis suspiciosus et que facile credunt, sive alias undecumque prestanda est purgatio. Et de talis diffamatio inducta *Glosa* loquitur de tali videntur concludere rationes supra inducte.

15 In secundo vero casu non tenetur diffamatus prestare purgationem, et in hoc casu loquitur INNOCENTIUS III et *Glosa* 15, questione 3, “In cunctis”.

Ad secundam instantiam videtur dicendum quod detractoribus et inimicis et malivolis satisfieri debet absque periculo et onere satisfaciens quando specialiter habetur spes de eorum correctione.
20 Si vero nullatenus habetur spes de eorum correctione, nullatenus illis debet satisfieri predictam. Ergo summi pontifices debuerunt satisfacere suis detractoribus absque onere purgationis in dicando eis veritatem et mostrando eis ne mendaciter diffament, specialiter si habebatur spes de eorum correctione, et si patet ad secundam instantiam.
25

Ad tertiam, dicendum quod sigtus aliter potuisset evadere quam purgando se, quia non exstitit diffamatus apud provides et honestos et criminator ipsius seu accusator vel diffamator ipsius corrigibilis putabatur.

30 Ex hiis videtur, specialiter ex dictis ad primam instantia, quod in presenti casu, scilicet in scismate presenti, quod verus pontifex Romanus, si aliquis duorum talis fuerit vulgariter papa dicendus, tenetur ad purgationem prestandam super infamia de intrusione, nam quilibet amborum reputatur intrusus a viris providis et honestis, ut notorium est,

3 tertia] contra tertium *add. in marg. P1* 6 octavum folium] *in marg. sup. P1* 12 undecumque] cum sic est in finali proposito *add. in marg. P1*
13 glosa] *iter. P1* 14 videntur] loqui *scr. sed del. P1* 30 ex¹] ad propositum descendo in visus Antichristus circa “In nomine Domini” *add. in marg. P1* visus^{ad ex¹}] *p. c. P1* 31 quod] tam secunda *scr. sed del. P1*

quia a prelatiis, regibus et quorumcumque statuum personis non solum a detractoribus inimicis et malivolis et, per consequens, inter eos etiam si quis fuerint Romanus pontifex verus debet prestare purgationem.

Et ex responsione ad secundam instantiam videtur posse dici quod
 5 etiam ille qui inter eos est verus Romanus pontifex et, per consequens, eius adversarii errant et possent forte dici non providi ac honesti ex eorum errore attamen ipse eis tenetur satisfacere absque periculo et onere suo et sine purgatione mostrando eis quod ab ipsis erronee diffamatur informando eos de iure suo aut alias quovis modo licito super hoc
 10 providendo.

Quod confirmatur, quia verus Romanus pontifex ac, per consequens, universalis primas spirituali Christiani seu cunctorum fidelium pastor universalis tenetur informare fideles de omni eo quod ad eorum salutem pertinere dignoscitur si modo digent informatione. Modo certum est
 15 quod quicumque istorum est Romanus pontifex, ipse indicat esse de necessitate salutis cuilibet catholico obedire Romane ecclesie ac vero Romano pontifici. Ergo, si eos super hoc non informat, agit contra conscientiam et edificat ad Gehennam. Ergo, de necessitate salutis sue tenetur informare super hoc universos fidelem catholicos super hoc
 20 errantem et ob hoc sibi inobedientem.

Item, idem patet ex predictis supra in principio huius partis de oblivione pape in hoc casu, quia tenetur intendere utilitati communi, non private, de necessitate sue salutis ex caritate, quam tenetur habere, que *non querit que sua sunt*. Et, per consequens, in hoc casu pro
 25 bono communi tenetur se submittere iudicio aliorum etiam inferiorum iudicium et, per consequens, a fortiori suo superiori iudici universali ecclesie seu consilio generali.

Et ulterius, si in tali submissione accusator defecerit, debet se purgare, quia tenetur de necessitate sue salutis famam suam custodire
 30 illesam, ut multipliciter fuit auctoritatibus comprobatum.

Uterius, quia tenetur vitare scandala ne contingant, et si suscitanda fuerint, tenetur illa resecare et sedare, etiam scandala accepta, non solum data, presens autem scisma grave scandalum est, etc. Tenetur etiam ad
 35 minora bona prestanda fidelibus, quam sic submitio et purgatio ipsius de sua infamia pura ad opera misericordie temporalia et corporalia, sicut etiam quilibet catholicus ad illa suis proximis exhibenda tenetur, ut in

6 forte] *sup. lin. P1* 10 providendo] informando per eandem electores
 circa/cetera *add. in marg. P1* 14 informatione] *iter. sed del. P1* 15 istorum]
sup. lin. P1 19 tenetur] eos. *scr. sed del. P1* 26 a fortiori] *sup. lin. P1*

principio vel circa principium huiusmodi materie extitit declaratum et, per consequens, ad maiora bona spiritualia qualia videntur submitio et purgatio coram iudice competenti.

Item, ut tactum est, papa tenetur quandoque nonnulla bona spiritualia obmittere ad vitandum scandala etiam accepta non solum data puta predictionem verbi Dei punitionem malorum etc. Et, per consequens, ut videtur eadem de causa, scilicet ad vitandum scandalum, tenetur ad submissionem et purgationem ipsius de infamia intrusionis et ambitionis sibi imposite seu de ipso suspicatis.

Item, ut videtur, tenetur de necessitate salutis supersedere ab omni processu rigoroso spiritualu contra inobedientes, scilicet ab excommunicationibus sententiarum fulminationibus, anathematizationibus que videntur esse contra salutem fidelium et agravare peccatum inobedientie in eis.

Ymo, ut videtur finaliter, si non possit aliter remediare scandalo scismatis et ecclesia non sicut maneat divisa, deberet subire martirium, sicut DYONISIUS NOVATO consulebat, ubi supra.

Et, per consequentia, ut videtur, si non possit aliter, nec per submissionem, nec per purgationem, nec martirium reunire ecclesiam, tenetur papatui resignare, quod meritorie beatus SELESTINUS, qui sine scismate poterat preesse fecisse refertur.

|| Ex hiis ultimis patet per locum a maiori quoddam illatum superius, videlicet quod in presenti casu quo Romanus pontifex diffamatur graviter apud viros providos et honestos de intrusione et ambitione et ceteris similibus criminibus pro bono communi ecclesie, scilicet reunitioe ecclesie, teneatur se submittere iudicio aliorum et prestare purgationem. Patet consequentia, quia pro reunitioe ecclesie teneretur subire martirium, si per martirium posset reuniri ecclesia, igitur a multo fortiori tenetur pro eodem fine se submittere iudicio aliorum.

Nec obstat dictum INNOCENTII pape, 9, questione 3, capitulo “Nemo iudicabit primam sedem” et respondetur per illud quod sequitur: “iustitiam temperare volentem vel iustitie obtemperare volentem.” Et clarius ex *Gloza* ibidem dicente: “nemo iudicabit primam sedem nisi se alicuius iudicio se submittat.” Nam, cum confessori suo se submittit, papa tenetur ei parere et ligabit eum sententia illius.

P1 239v

9 imposite] impositis a. c. P1 17 supra] 25, capitulo 6 Ystorie ecclesiastice
add. in marg. P1 21 preesse] si adhuc add. in marg. P1 27 reunitioe]
unitioe a. c. P1 29 se] sup. lin. P1 30 nec] instantia add. in marg. P1
31 sedem] iustitiam scr. sed del. P1 34 nam] responsa add. in marg. P1
suo] submittit scr. sed del. P1

Iudicari etiam potest ab aliis quando de crimine notorio pape scandalizatur ecclesia, ut ponit *Glossa*, distinctione 40, capitulo “Si papa”, specialiter si fuerit incorrigibilis. Sic enim THEODOSIUS imperator et Romani iudicaverunt IOHANNEM XII incorrigibilem, et sic apparet
 5 illam auctoritatem “nemo iudicabit prima sedem” habere exceptionem.

Non obstat etiam dictum SYMACHI eidem causa et questione, capitulo “Aliorum”: “Aliorum hominum causas Deus voluit per homines terminari, sed sedis istius” etc. Nam videtur intelligenda, quando papa non est de crimine nocivo totius* ecclesie diffamatus, notorie scandalizatur ecclesia,
 10 qualiter videtur esse in proposito.

Et si dicatur quod ‘ubi canon non excipit, nec nos debemus excipere’, dicitur quod illa regula intelligenda ubi alius canon non excipit, aut ubi ius naturale vel rationalis non excipit vel non dictat excipiendum, sicut in proposito. Sicut enim dicitur ratio que concordat *Evangelio*
 15 aprobanti dictum Cayphe qui, cum esset pontifex anni illius propheta dicens: *expedit ut unus homo moriatur pro populo et non tota gens pereat*.

Que autem sit illa ratio naturalis que dicat papam criminosum et incorrigibilem fore iudicandum et abiciendum potest dari, quia
 20 membrum insanabile et infectandum totius corporis est ampurandum celeriter pro salute totius corporis.

Et si dicatur salus totius corporis ecclesie sive Christianorum et Catholicorum est a Deo. Deus autem potest conservare sanitatem corporis absque amputatione membri incurabilis. Respondetur quod,
 25 ubi fidelem possunt invenire humanum remedium, non debent recurrere ad divinam omnipotentiam. Hoc enim esset temptare Deum, quod non licet, Christus, *Matthei*, 4.

Nec obstat auctoritas seu dicta GELAZII pape, que habentur 9, questione 3, capitulo “Ipsi sunt canones”, ex cuius verbis datur intelligi
 30 quod de summo pontifice non debet ecclesia iudicare, sed econtra, ipse debet iudicare de tota ecclesia. Respondetur quod verba huius et similia NICOLAY et aliorum non sunt intelligenda de summo pontifice absque

6 non] instantia *add. in marg. P1* 8 nam] ratio *add. in marg. P1*
 9 diffamatus] et *scr. sed del. P1* 11 et] instantia *add. in marg. P1* excipit]
 exipit *P1* excipere] exipere *P1* 12 dicitur] responsio *add. in marg. P1*
 alius] *sup. lin. P1* 13 excipiendum] expiendum *P1* 14 sicut²] probatio
add. in marg. P1 16 dicens] auctoritas *add. in marg. P1* 18 que¹] ratio
add. in marg. P1 22 et¹] instantia *add. in marg. P1* 24 respondetur]
 responsio *add. in marg. P1* 27 matthei] 3 *scr. sed del. P1* 28 nec] instantia
add. in marg. P1 31 respondetur] responsio *add. in marg. P1*

exceptione, tunc non posset se submittere alterius iudicio. Tunc etiam, si papa totam fidem Christi esse falsam vel ex pravitate sua immolaret publice ydolis, non licet de ipso iudicare. Debent igitur talia verba intelligi sub conditione si papa criminosus et incorrigibilis minime*
 5 reperitur.

Papa igitur numquam iudicandus est ab homine iuxta premissa, nisi se submittat aut criminosus existens se submittere recuset, et per consequens, ostendatur incorrigibilis. Dicuntque sic ponentes quod papa propter nullam infamiam de heresi, et per consequens, intrusione aut
 10 alio crimine notorio scandalizantivo totius ecclesie est subiectus alicuius iudicio. De quo tamen catholici eo quod dubitant an sit hereticus aut aliter scandaloze criminosus, et per consequens, an sit de iurisdictione ipsorum possunt et debent inquirere possuntque queritur ipsum citare, quid si nec vult se iudicio submittere, nec se purgare eum pro convicto
 15 iuris interpretatione debent habere. Et ideo tunc poterunt eum catholici legitime coercere.

Item, dicunt sic ponentes quod in casu heresis aut alterius criminis ecclesie totius scandalosi, licet a summo pontifice appellare. Potestque idem, ut dicunt, idem respectu eiusdem vel eorumdem superior et inferior
 20 esse in diversis causis. Sic enim quandoque delegatus est ordinario superior in una causa et in alia inferior, sic si papa diffamatus fuerit de heresi au aliter fuerit notorie criminosus incorrigibilisque, talis in sua causa est inferior aliis catholicis, in aliis autem causis ante pronunciationem de sua causa persisteret superior quibuscumque. Nec
 25 predictis obstant Decreta quedam dicentia “oves non posse pastore proprium accusare”, quia talia sunt intelligenda sane et in multis casibus. In quibusdam vero, ut tactum est instantias patiuntur.

Item, dicunt quod non solum ecclesia universalis habet peccantem inquirendi de papa graviter diffamato super heresi aut alio crimine
 30 toti ecclesia scandalozo, sed alii, si papa esset deprehensus in acto crimine scandaloso ecclesie manifeste haberent peccantem inquirendi quemadmodum absque ecclesia universali quondam convenerunt aliqui episcopi in consilio generali ad inquirendum de facto beati MARCELLINI qui conversat ydolatriam exterius facto.

35 || Nonum folium

P1 240r

#-veruntque predicti episcopi peccantem inquirendi super MARCELLINUM papam diffamatum de ydolatria, quia dubium erat vel esse poterat eis verissimile quod esset de eorum iurisdictione. Sed postquam

1 tunc²] probatio *add. in marg. P1*
 ab aliis iudicandus *add. in marg. P1*
in marg. sup. P1

6 papa] qualiter papa sit aut non sit
 26 et] *sup. lin. P1* 35 nonum folium]

inquisierunt et invenerunt veritatem quod beatus MARCELLINUS non erat hereticus aut ydolatra, sed quid tantummodo timore mortis ydolatraverat, constitit eis quod in ipsum non habuerat amplius peccantem ipsum iudicandi, nec penitentiam iuiungendi.

5 Idem dicunt de SYMACHO papa, quod, quia congregati in consilio generali ipsum non invenerunt hereticum, ipsi non habuerunt peccantem iudicandi, ipsum prius tamen habuerunt peccantem inquirendi et cogendi ipsum respondere suis oppositionibus, prius infamiam, prius suscitatum de ipso, ut ex verbis super hoc allegatis videtur.

10 Ex hiis videtur consimiliter dicendum de papa diffamato graviter de intrusione, videlicet quod catholici et fidelem habent super ipsum peccantem inquirendi super ipsum et cogendi ipsum respondere eorum oppositionibus ipsorum, quod, si ipsum intrusum invenerint, hunc peccantem ipsum iudicandi et condemnandi, quod si non intrusum
15 invenerint, sed legitime electum, debent eum sue dimittere libertatem ac pristinae dignitatem.

Cum igitur uterque presentium qui se gerunt quilibet pro summo pontifice sit apud quam plurimos fidelem catholicos viros providos et honestos de intrusione graviter diffamatus et exinde grave scandalum
20 divisionis ecclesie sit exortum, ut videtur, fideles catholici habuerunt de utroque inquirere et utramque evocare. Et ad hoc debent esse concordantes fideles omnes catholici de necessitate sue salutis, scilicet omnes primates et archiepiscopi, episcopi etc., omnisque principantes christiani communitates et subditi, et quilibet singularis persona ad hoc ydonea, ad hoc videtur esse obligata de necessitate salutis, ipsique taliter
25 se gerentes quilibet pro summo pontifice, si hoc recusarent, deberent haberi pro communitatis, ut supra tactum est.

Quinymo quilibet eorum hoc offerre fidelibus, quinymo procurare, ut supra habemus, eorum infamiis per catholicos apponeretur remedium
30 salutare et se ecclesie submittere de necessitate salutis deberent etsi necesse esset in manus ecclesie iuri cuilibet resignare, ut si aliter unitas ecclesie in aliquo ipsorum haberi non posset saltem in aliquo tertio concorditer haberetur Spiritu Sancto super hoc providente.

Et si dicatur ecclesiam seu fidelem etiam consilium generale super
35 hoc non habere potestatem, ostenditor quod ymo quoniam ecclesia universalis, si tota simul esset congregata sicut aliquando tota potuit

8 suis] oppon. *scr. sed del. P1* 10 ex] ex dictis devitetur* ad propositum
add. in marg. P1 27 communitatis] qui *scr. sed del. P1* 28 procurare] s.
scr. sed del. P1 34 et] de consilio generali add. in marg. P1

congregari, et nescitur adhuc utrum ad tantam paucitatem deveniet quod possit tota simul convenire, haberet potestatem inquirendi de papa diffamato super crimine heresis aut alio crimine scandalizante ecclesiam. Atque si reperiretur reus, talis criminis haberet peccantem
 5 ipsum puniendi ac deberet punire. Consilium autem generale nunc in casu quo universalis ecclesia seu tota Christianitas comode uniri non valet, gerit vites universalis ecclesie, igitur etc.

Uterius, non solum talis particularis congregatio dicenda consilium generale habet potestatem super papam sic diffamatum, ymo persona
 10 alica particularis potest habere super ipsum potestatem. Si enim, ut dicunt quidam, papa predicaret vel presente assereret fidem Christi esse falsam, dyocesanus catholicus cui de hoc constaret, haberet potestatis de iure capiendi et detinendi. Si etiam papa efficeretur Iudeus vel Sarracenus, deficientibus prelati ecclesiasticis secularis potestas ipsum
 15 debent corporabiliter capere et captivare.

Si autem papa de tali scelere vel flagitio, scilicet de heresi aut alio crimine scandalizante ecclesiam, esset tactum, diffamatus graviter non de facto vel in facto evidenter convictus non solum consilium generale, sed specialis prelatus haberet peccantem inquirendi de papa, non tamen
 20 ipsum captivandi ac puniendi.

Persona etiam que potest errare in fide, dum tamen non de facto erret contra fidem, peccantem habere iurisdictionem in papam vel supra papam, si fuerit ut premissum esset diffamatus, etc.

Etiam consilium generale excluso, papa quamvis posset errare,
 25 non tamen de facto erret contra fidem, habet iurisdictionem super papam errantem vel criminosum etc., ut supra, vel super hoc graviter diffamatum. Quam iurisdictionem seu auctoritatem consilium generale habet ab ecclesia universali, cuius vitem gerit et cuius auctoritate principatur. Talem consilium convocatur, licet immediate per papam, si
 30 sit catholicus et desideret sequi iustitia, congregetur, unde et absque papa congregari posset consilium generale; de hoc alibi diceret.

Et per consequens patet quod, in casu presentis, potest fieri congregatio consilii generalis. Nec per consequens valet excusatio quorumdam dicentium: nunc non posse fieri consilium generale pro
 35 remedio presenti scismati, quia non est papa certus a tota Ecclesia

21 fide] no. *scr. sed del. P1* **23** esset] est a. c. *P1* ; eset p. c. *P1*
24 etiam] Marcilius tenet quod consilium generale non potest errare etc. *add. in marg. P1* **25** erret] *sup. lin. P1* **31** diceret] in fine ad instantiam per quem congregaretur consilium generale dicatur *add. in marg. sup. P1* ; in quibus autem casibus *scr. sed del. P1* **34** non] *sup. lin. P1*

acceptatus. Papa autem incertus pro non papa reputandum est, sicut procurator incertus et iudex incertus non debent pro talibus reputari.

Istud dictum cassatur per supradicta. Nam principaliter consilium generale congregatur auctoritate Ecclesie, que non obstante incertitudine
 5 pape vel de papa seu papatu, adhuc manet et per Dei gratiam manebit in eternum, Matthei ultimo: *ego vobiscum sum usque ad consummationem seculi*.

|| Contingit autem extitere posse peccantem in papam dupliciter, videlicet simpliciter vel secundum quid. Peccans simpliciter vocatur
 10 quam quis habet in alium vel ordinarie vel in alico casu pro determinato potest extitere ipso nolente et etiam a principio remittente. Peccans secundum quid potest vocari illa quam quis extitere in alium ipso volente. Ex hiis patet in quibus casibus contingit extitere peccantem in papam verum vel in eum qui fuit et adhuc pro tali se gerit, scilicet pro vero
 15 papa.

P1 240v

Primo argumento: contingit habere peccantem ac extitere peccantem secundum quid in papam. Sicut enim LEO Papa imperatoris iudicio se submisit et suorum, prout legitur 2, questione 7, capitulo “Nos si”, ubi LEO Papa LUDOVICO Imperatori sic scripsisse refertur: “Nos,
 20 si incompetenter aliquid egimus, et in subditis iuste legis tramitem non servavimus, de vestro ac vestrorum missorum cuncta volumus emendare iudicio, quoniam si nos, qui aliena debemus corrigere peccata, peiora committimus, certe non veritatis discipuli, sed, quod dolentes dicimus, erimus pre ceteris erroris magistri. Inde vestre magnitudinis clementiam inploramus, ut tales ad hec, que diximus, perquirenda
 25 missos in hiis partibus dirigatis, qui Deum per omnia timeant, et cuncta, quemadmodum si vestra fuisset imperialis gloria, diligenter exquirant, et non tantum hec sola, que superius diximus, querimus ut examinativim exagitent, sed sive minora, sive maiora illis sint de nobis indicata negotia. Eorum cuncta legitimo terminentur examine, quatinus in posterum nichil
 30 sit, quod ex eis indiscussum vel indiffinitum remaneat.”

Et GREGORIUS aliorum iudicio se subdere cupiebat, 2, questione 7, capitulo “Si quis”, ubi redarguendi se licentiam aliis prestat dicens: “Si

8 contingit] in fine de obligatione summi pastoris seu pontificis tangantur que obmissa sunt supra cum de obligatione prelatorum tactum fuit et habentur in sexto *Dyalogorum* folio 19 secunda pagina *add. in marg. sup. sed del. P1* ; 19 folio penultimi sisterni *add. in marg. sup. P1* ; distinctio quedam *add. in marg. P1* autem] si *scr. sed del. P1* 10 alium] *ill. scr. sed eras. P1* 11 remittente] remittente *P1* 12 illa] *sup. lin. P1* 17 leo] *iter. in marg. P1* 29 sive¹] sint *scr. sed del. P1* 32 gregorius] *iter. in marg. P1*

quis super hiis nos arguere voluerit, vel extra auctoritatem nos facere contenderit, veniat ad sedem apostolicam, ut ibi ante confessionem beati Petri mecum iuste decertet, quatinus ex nobis unus sententiam suscipiat suam.”

5 Ex hiis patet quod, cum papa alterius se submittit iudicio alter in ipsum suscipit potestatem. Sicut autem papa potest se aliorum iudicio submittere, ita de seipso valet aliis inquirendi peccatis committere. Et videri posset aliquibus quod in presenti casu, scilicet presentis
10 scismatis, etiam verus papa teneretur de necessitate salutis sue aliorum iudicio, scilicet Ecclesie, submittere, cum pro unione Ecclesie et pro vitando scandalo scismatis teneatur quis, et per consequens, papa subire martirium, quod maius est quam se submittere iudicio aliorum, et per submissionem iudicio aliorum convenientius scisma sedari posset, ut videtur.

15 Casus vero in quibus quis habet potestatem simpliciter in papam possunt aliqui quattuor.

Primus, si papa man? crudeles in se vel in alium quandoque cupit mittere, puta si seipsum vellet occidere vel mutilare vel graviter vulnerare aut alium quemque sine causa trucidare. In hoc enim casu licet virum
20 quamque compescere papam et debito modo cohercere sive fuerit alienatus a sensibus sive non.

Secundus casus est, si verus papa seu qui verus papa fuit aut qui pro vero papa cupit gerere sit in heresi manifeste deprehensus. Tunc enim licet eum de sede eum violenter eicere et ultioni debite communiter
25 submittere, quia nec papa est, sed papatu divino iure privatus.

Tertius casus est, si papa deprehensus sit in aliquo crimine de quo scandalizetur Ecclesia et ipse se ostendat incorrigibilem, sicut de altero istorum verum est quod existit in crimine seu iniuste electionis de quo scandalizatur Ecclesia, quamvis nullus adhuc iuridice sit deprehensus
30 et quilibet se ostendit incorrigibilem, eo quod refugit facere aut non procurat fieri ad quod tenentur de necessitate salutis, scilicet se submittere iudicio aliorum ac se purgare, ut tactum est supra.

Quartus casus est, si ipse papa sit graviter diffamatus de heresi. Tunc enim, ut inquirunt sic ponentes, catholici potestatem habent in ipsum,
35 ubi cum scandalo Ecclesie pertinaciter correctionem se submittere vel alias debite se purgare renueret, et de hoc tactum fuit frequenter supra.

Tertius casus videtur ad propositum pertinere. Nam deprehensum

1 auctoritatem] *sup. lin. P1* 4 suam] hoc abis ibidem legitur *scr. sed del. P1* 10 pro²] per *a. c. P1* 15 casus] quattuor casus *add. in marg. P1* 28 seu iniuste electionis] *sup. lin. P1* 34 ut — ponentes] *sup. lin. P1*
37 tertius] secundus *a. c. P1*

conclusum est atque certum apud catholicos alterum istorum esse in crimine de quo scandalizatur Ecclesia, scilicet in incursione et obstinatione seu iniusta electione in illa permanere.

Quartus casus etiam videatur etiam esse ad propositum. Nam quilibet
 5 eorum est graviter diffamatus de huiusmodi intrusione seu iniusta electione apud viros providos et honesti, etc.

|| Decimum folium

P1 241r

Licet non quid in presenti casu ad excludendum intrusum se pro
 vero papa gerentem et ad videndum quis horum intrusus existat, et
 10 quis vere electus et rite ac etiam in casu que non posset veritas reperire, sed esset dubium de utroque. Ad unum factum eligendum sic fidelibus de necessitate salutis generale consilium convocari, congregari ac effectualiter celebrari et utiliter ad tollendum predictum scisma queri potest.

Et videtur pars affirmativa quesiti vera. Nam totum unum corpus
 15 debet unire naturali compati cuilibet sue parti et facere quantum potest ne aliqua sua pars pereat, et per consequens, tota multitudo que secundum Apostolum debet esse unum corpus in Christo singuli autem alterius membra debet compati alteri sue parti, scilicet parti inobedienti, vero Romano Pontifici et adherenti intruso, et per
 20 consequens, dampnationem eternam incurrenti. Quinymo etiam pars adherens intruso, cum teneat parte alteram dampnari, secundum conscientiam suam faciendo debet succurre alteri parti, aliter agit contra conscientiam et edificat ad Gehennam. Si igitur tota multitudo fidelium
 25 et quilibet pars in presenti tam errans quam rite obediens teneantur de necessitate salutis sustinere sibi et relique parti et facere omne rationabile possibile, ut scisma tollatur, et per consequens, cum per consilium generale possit remediare, videtur quod fideles ad illud, scilicet consilium, pro huius scismate tollendo tenentur de necessitate salutis, et
 30 per consequens, hoc negligenter facere sunt in via dampnationis, scilicet proutli-a* sic faciendum et adherentes intruso in speciali ex alia causa

1 est | *sup. lin. P1* 2 ecclesia | *sup. lin. P1* 3 seu iniusta electione | *sup. lin. P1*
 5–6 seu iniusta electione | *sup. lin. P1* 7 decimum folium | *in marg. sup. P1*
 8 licet | simili modo poterit astrui quod in p* de necessitate salutis in presenti casu a quodlibet catholico cardinales sunt audiendi atque in multis credendi saltem quoad ea que facti exititerunt circa istas electiones modo in quam similiter quo obiectam probat quod impugnantes papam hereticum sunt audiendi etc. credendi, defendendi etc. *add. in marg. sup. sed del. P1* excludendum | papam a intrinsecum *scr. sed del. P1* 10 que | *sup. lin. P1* 16 compati | cuiuslibet *scr. sed del. P1* 23 succurre | succurre *P1* 25 quilibet | quebet *a. c. P1* 26 de necessitate | *sup. lin. P1*

sunt in via dampnationis, scilicet ex obedientia videtur Romani pontifici et sancte Romane Ecclesie.

Quilibet igitur catholicus ad hoc debet esse paratus, quilibet etiam inquantum sibi competit pro gradu suo debet alios catholicos exorcari, ut ad consilium generale conveniant. Et primo prelati ad hoc tenentur, cum esse debeant periti in lege divina. Deinde ad reges et principes et alias presentas potestates. Deinde ad omnes catholicos vires ac mulieres notorie scientes alterum isto reverendissimorum patrum esse intrusum. Et currentem superiores ad quod principatur pertinet esse negligentes ad convocandum, congregandum huiusmodi consilium.

Sed obiicitur nam generale consilium non potest convocari absque alicuius auctoritate. Nam, ut habetur 17 distinctione per totum, consilium generale congregari non potest nisi Summi Pontificis auctoritate. Ait enim PELAGIUS Papa: “Multis denuo (vel demum) apostolicis et canonicis atque ecclesiasticis instruimur regulis, non debere absque licentia Summi Pontificis (vel Romani Pontificis) consilia celebrari.”

Sed oppositum huius nonnulli rationibus aliquibus probare nictuntur et arguunt pro sic: persone particulares licite absque auctoritate pape possunt licite congregari ad particularem consilium pro iudicando de eodem papa, igitur multo magis generale consilium poterit congregari ad iudicandum de intruso pro papa se gerente. Quinymo de papa dubio absque eiusdem auctoritate. Consequentia nota et antecedens videtur posse probari duobus exemplis. Primum est de episcopis qui convenerunt ad inquirendum de facto ydolatrie beati MARCELLINI, quorum congregatio fuit particulare consilium absque auctoritate pape. Aliud exemplum est de congregatione illorum qui convenerunt ad deponendum IOHANNEM XII, que congregatio non fuit consilium generale, sed particulare. Igitur, a multo fortiori, absque pape licentia poterit fieri consilium generale ad iudicandum de papa intruso aut dubio apud multos providos et honestos.

Specialiter tempore vacationis huius sedis apostolice vel opinante aut dubitate vacare vel opinande aut dubitande vacare, qualiter videtur esse hic, a rationabiliter opinantibus. Nam ex quo non est certum, nec declaratum legitime, et est dubitatum quis nunc sit verus papa, rationabiliter seu apparenter apud magnos providos honestos et

1 ex] a *scr. sed del. P1* **12** alicuius] alicuius *P1* **19** licite] licite *P1*
24 primum] exemplum *add. in marg. P1* **27** exemplum] iter. *in marg. P1*
32 vacationis] vacationis *P1* **33** vacare¹] qualiter videtur *scr. sed del. P1*
vacare²] vaccare *P1* **33-34** qualiter — hic] *sup. lin. P1*

scientificos viros videtur esse probabiliter dubitatum. Nam probabile est quid videtur omnibus vel pluribus et maxime notis. Sic est in presenti, nam plures et maxime non dubitant de uno et etiam plures maxime noti dubitant de alio. Et cum papa intrusus et dubius non sit pro papa habendus, non videtur eius auctoritate consilium celebrandum, sed auctoritate et Spiritus Sancti et Ecclesie universalis.

Etiam in hoc casu fideles in nullo istoricum videntur posse convenire cum una pars adhibeat uni istorum et altera pars fidelium adhibeat seu obediat reliquo, nisi forsitan diceremur quod ambobus consentientibus in consilium generale, et si necesse fuerit, si et inquantum quilibet eorum potest ad hoc auctoritatem fiendum in se et ius siquod alter eorum hanc vel habeat in ecclesie iudicio submittentibus sicut LEO Papa LUDOVICO Imperatori submisit se, qui tamen non erat iudex eius a multo*, igitur fortiori submitto in presenti fienda esset consilio generali gerenti vicem Ecclesie Universalis, etc.

|| Alia potest esse ratio realis: omnis populus seu communitas potest convenire et sibi statuere absque auctoritate illius qui non est de eius corpore. Potestque alicos statuere qui vicem eius gerant, sed omnes fideles sunt unum corpus, ut sepe notat Apostolus, et per consequens, possent alicos eligere vicem gerentes totius Christianitatis sine auctoritate cuiuscumque qui non est de eorum corpore vel qui non est eorum caput, ut est intrusus in papatu, et se gerens pro papa vel super hoc dubitare et incertus an caput existat. Incertus enim papa non est habendus pro tali sicut nec incertus procurator, etc.

Item, Universalis Ecclesia simul tota conveniens ad ordinandum aliud potest vocari consilium generale. Sed ecclesia posset reduci ad tam parvum numerum quod tota simul posset convenire, sicut post ascensionem Christi, ergo ecclesia tota potest esse consilium generale, etiam si in ipsa nullus presideat, sed ulterius non minorum auctoritatis est ecclesia quando propter multitudinem non potest simul convenire quam si propter parvitate posset convenire. Igitur, quidquid ecclesia posset tota simul conveniens, potest nunc non potens tota convenire per diversorum a diversis partibus ecclesie directos, etc.

P1 241v

3 non] *sup. lin. P1* 4 papa¹] *non scr. sed del. P1* intrusus] *intrus P1*
 7 istoricum] *sup. lin. P1* posse] *sup. lin. P1* 8 uni] *per scr. sed del. P1*
 10 si et] *sup. lin. P1* 11 hoc] *a a. c. P1* 13 se] *sup. lin. P1*
 iudex — multo*] *in ras. P1* 16 ratio] *sup. lin. P1* 17 sibi] *iust. scr. sed del. P1*
 20 gerentes] *sup. lin. P1* 21 cuiuscumque] *cumiuscumque P1*
 27 numerum] *sup. lin. P1* 29 etiam] *si ipsa scr. sed del. P1* ulterius] *sup. lin. P1*

Ad idem potest adduci quoddam consilium generale factum in primitiva ecclesia sine alicuius presidentis mortalis auctoritate, de quo consilio habetur *Actuum XV*, ubi sic habetur, que orta questione super circumcisione gentilium conversorum, quibusdam per hi *convenerunt apostoli et seniores videre de verbo hoc. Cum autem magna conquisitio fieret, surgens Petrus dixit ad eos, scilicet tamquam prius deliberamus, quid temptatis Deum, inponere iugum super cervices discipulorum quod nec nos, nec patres nostri portare potuimus. Sed per gratiam Domini nostri Iesu Christi credimus salvari*, etc. Et post pauca sequitur sententia Iacobi postquam tacuit omnis multitudo et confirmatio dictorum Petri Iacobo sic dicente: *Viri fratres, audite me. Symon narravit quemadmodum primum Deus visitavit sumere ex gentibus populum nomini suo. Et huic concordant verba prophetarum*, etc. *Propter quod ego iudico non inquietari eos qui ex gentibus convertuntur ad Deum, sed scribere ad eos ut abstineant se a contaminationibus simulacrorum, et fornicatione, et suffocatis, sanguine*, etc. Et post quedam verba Iacobi: *placuit Apostolis et senioribus cum omni ecclesia, eligere viros et mittere Antiochiam*. Et post pauca sequitur quomodo sententia a Iacobo lata fuit missa Antiochiam, sic continens: *Visum est*, inquirunt Apostoli et seniores, *Spiritui Sancto et nobis nil imponere vobis oneris, scilicet gentilibus conversis, quam hec necessaria: ut abstineatis vos ab immolatis simulacrorum, et sanguine, suffocato, et fornicatione, a quibus custodientes vos, bene agetis. Valet*, etc. Ecce ritum et modum cuiusdam generalis consilii ecclesie primitive.

In quo patet huiusmodi consilium nullius mortalis auctoritate, scilicet nec Apostoli, nec seniorum auctoritate congregatum, Petrum tantum primo fuisse locutum; Iacobum diffinitivam sententiam protulisse, ecclesiam consensisse, tantum Spiritum Sanctum prefuisse. Unde post in sententia post missa Antiochiam gentilibus conversis dicit: *Visum est Spiritui Sancto et nobis*, etc. Cuius etiam auctoritate et motione credendum est illud consilium fuisse congregatum et etiam eiusdem inspiratione celebratum. Ipse enim post Christi ascensionem et eiusdem Sancti Spiritus missionem, rector et doctor ecclesie datus fuit, ut de Christo frequenter Apostolis fuerat promissum. Unde et ecclesia hoc petit a Deo dicens “da ecclesie tue, quesumus, misericors Deus, ut Spiritu Sancto congregata hostili nullatenus incursione turbetur.”

2 primitiva] primitiva P1 ecclesia] sup. lin. P1 4 convenerunt] apostoli et seniores Petrus add. in marg. P1 9 pauca] et scr. sed del. P1 sequitur] Iacobus Ierosolimitanus Episcopus iudex in hanc parte ut videtur add. in marg. P1
16 etc.] tantum simul scr. sed del. P1 18 et¹] sup. lin. P1 27 tantum] tandum P1 30 et motione] sup. lin. P1 33 fuit] sup. lin. P1

Hoc de illo puncto pro nunc.

|| Secundo.

P1 241va

Restat probare quod in presenti casu B credere cardinalibus sic de necessitate salutis, et hoc ponatur ultimum.

5 Item, quid cuilibet catholico secundum A gradum sui status in hoc scismate sit agendum de necessitate salutis.

Et de hoc secundo multa tacta sunt supra, sed adhuc restant tangenda.

De rebus enim tactum est primo de omnibus catholicis generaliter.

10 Secundo, de prelatis specialiter magis obligatis quam sint simplicem catholicis.

Tertio, de Papa specialissime et maxime obligato et quem salus fidelium ceteris plus tangit, cui saluti casus presens obviat.

15 || Pro supratactis obligationibus Pape et ferre diffamationi de heresi aut intrusione aut alio crimine catholicis scandalozo probatis per ius humanum respondere habent Canonum professorem.

P1 241vb

Sed de hiis ad que huiusmodi Papa tenetur, scilicet ius divini, habet videre theologus percurrendo *Sacram Scripturam* considerando extra de Christo et Apostolis. Nam Christus et 10 diffamati fuerunt de demonio 20 10 Christus de gula. Christus et Apostoli de seductione populi et aliis tangentibus eorum doctrinam qui omnia per tollerantiam supraurenam*. Unde Salvator Apostolis inquit: *beati eritis cum maledixerint vobis homines et exprobraverint, etc. Non est servus maior domino suo* et cetera huius.

25 || Ultimum folium: in isto puncto de resignatione notandum CELESTINI resignatione pro perfectiori vita sectanda, scilicet contemplativa.

P1 242r

30 Sexto folio: tangitur ad quid teneatur Papa in presenti scismate rescindendo vel sedando vel in eodem remediandum. Et pro probatur quod verus a maior parte fidelium vel saltem a magna parte fidelium dubitatus esse et opinatus intrusus tenetur se de necessitate salutis submittere aliorum iudicio etiam inferiorum, eo quod utilitas communis est preferenda utilitati private deducuntur aliquantum. Tangiturque ibi

3 B] *iter. in marg. P1* 5 A] *iter. in marg. P1* sui] *sue a. c. P1* 7 sunt] *sumt P1* 18 *percurrendo*] *percurendo P1* 23 *exprobraverint*] *exprobaverint P1* 25–27 *ultimum — contemplativa*] *in marg. sup. P1* 29 *vel*²] *eidem scr. sed del. P1* in — *remediandum*] *sup. lin. P1*

parvum de utilitate submissionis exemplaris etc.

Obiectatur contra huiusmodi submissionem et probatur esse contra ius canonicum et decretum sumptum ab AUGUSTINUS et respondetur theologicę.

5 Uterius in secunda pagina predicti folii probatur quod, si papa se submiserit aliorum iudicio et fuerit accusatus, qui in probatione defecerit, papa tenetur se purgare, specialiter si fuit de crimine sibi imposito apud graves personas enormiter diffamatus et ortum sit inde scandalum. Probatur auctoritatibus usque in fine folii ubi nota exemplum.

10 In septimo folio: probatur quod, si non possit aliter satisfacere adversariis, tenetur resignare et inducitur ad hoc *Ystoria ecclesiastica*, capitulo 35 6 libri denominato cui super hoc scripsit DYONISIUS, vide etc. Deinde reditur ad secundam conclusionem qua probabatur quod papa submissus accusatus non convictus, diffamatus tamen graviter tenetur
15 se purgare, quia tenetur vitare scandalum etc. Item, arguitur ad idem ex facilitate purgationis que faciliter potest fieri per proprium iuramentum. Item, quia papa tenetur ad opera misericordie, que sunt minus utilia fidelibus quam sit huiusmodi purgatio, in tali casu. Deinde reditur ad rationem de vitandum et resecandum scandalis exemplo Christi et Pauli,
20 etc.

Deinde in secunda pagina dicti folii adducitur alia, quia papa propter vitanda scandala debet quandoque obmittere nonnulla bona spiritualia et, per consequens, a fortiori propter vitanda scandala tenetur perficere spiritualia. Item, alia ratio, quia qui tenetur aliquem liberare a minori
25 periculo, tenetur a maiori, si potest, etc. Et ista ratio fuit supratacta in processu de generali obligatione fidelium, etc.

Arguiturque contra dictam conclusionem ex modum purgationum SIXTI et LEONIS qui tamen aliis formam similem servandam purgandi se non reliquerunt. Notantur aliqua pro responsione et respondetur et
30 obiectatur notatis pro responsione et respondetur obiectionis sequenti folio.

In octavo folio: respondetur obiectionis et ex responsionibus quinymo generaliter ex supradictis descenditur ad propositum, scilicet quod in presenti, cum quilibet horum sit graviter diffamatus de intrusione, etiam
35 verus papa tenetur prestare purgationem et informare fideles dubios in

4 theologicę] *sup. lin. P1* 9 probatur] *a a. c. P1* ubi — exemplum]
in marg. P1 11 ecclesiastica] *p. c. sup. lin. P1* ; scolastica *a. c. P1*
12 denominato] *denonato P1* 14 convictus] *adhuc scr. sed del. P1* graviter]
ad scr. sed del. P1 22 scandala] *scandela P1* 27 arguiturque] *ad oppositum*
conclusionis *add. in marg. P1*

hoc casu de non intrusione. Et multa concluduntur et mutantur usque in finem prime pagine huius, ad que ex premissis conclusionis papam teneri et continuatur idem adhuc in principio secunde pagine. Deinde instatur per illud dictum et similia “Nemo iudicabit primam sedem” etc.

- 5 Item, “Aliorum hominum causas” etc. Et respondetur multipliciterque replicatur. Et tandem tangitur et concluditur qualiter papa sit vel non sit ab aliis iudicandus.

- In nono folio: continuatur de casu MARCELLINI qui comiserat ydolatriam exteriorem, de casu SYMACHI Pape. Deinde ex supratactis
10 venit ad presens scisma inferendo ad que tenentur isti presentes electi ambo et quilibet eorum a parte fidelium acceptatus et a parte fidelium refutatus, et de consilio generali quod supra papam habeat potestatem ostenditur et tandem tanguntur modi quibus contingit exercere potestatis in papam usque in finem huius folii. Et tangitur
15 ante conclusionem horum modorum de submissione LEONIS LUDOVICO Imperatori et GREGORII aliorum se iudicio submittentis.

- In decimo folio: movetur dubium an in presenti casu sit generale consilium congregandum de necessitate salutis. Et probatur quod sit, et datur modus congregandi quidam, set obiectatur quod huiusmodi
20 consilium generale non potest convocari absque alicuius auctoritate, videlicet summi pontificis. Deinde multipliciter probatur oppositum usque in finem folii decimi.

- Quod credere cardinalibus in presenti casu sit de necessitate salutis fidelibus ostendetur inferius multipliciter. Attamen hic potest poni una
25 ratio quasi finalis: nam in omni re vel casu dubio et periculoso periculo perditionis salutis errantis eligendi est de necessitate salutis pars tutior. Ubi enim casibus periculum, ibi evicius* est agendum. Aliter enim agens videtur amare periculum. *Qui autem amat periculum peribit in illo.*

- Credere autem cardinalibus in hoc casu onerando conscientias
30 eorum est tutius et salvans conscientias sic credentium, ut videtur, sicut iudex qui nichil obmisit de contingentibus secundum allegata et testificat, licet falsa, ipso tamen ignorante falsitatem, iudicans non peccat sic iudicando.

- Item, parochialis adorans immaculatam hostiam ador* sacerdotem
35 fecerisse debitum sumi ab ydolatriam per ignorantiam invincibilem sibi etc. nec tenetur addere conditionem etc.

3 teneri] vide *scr. sed del. P1* 12 generali] et quod non *scr. sed del. P1*
23-36 quod credere cardinalibus — etc.] *del. P1* 29 onerando] honerando *P1*

|| Ad supratacta tenentur verus papa seu supremus pontifex ex debito caritatis et sui officii et non verus seu intrusus ex operatione sua falsa et conscientia erronea qua se reputat verum papam seu supremum pontificem aut si conscientiam asserit se talem ficticie ad eadem tenetur. Et quis eorum ad premissa plus teneatur potest formari questio quedam. P1 242v

Quod intrusus equaliter vel plus teneatur, quia nullus de suo peccato debeti comodi reportare ad oppositum, quia, ut inquit GREGORIUS, “cum augentur dona, rationes crescunt donorum.”

De huiusmodi fiat quodam *Quodlibetum* 7 vel amplius dubiorum, etc.

Post primum dubium potest queri: supposito quod presentes seculares teneantur de necessitate saluti omni modo sibi possibili, iusto et rationali succinere presenti scismati et viri ecclesiastici eodem qui horum plus obligantur. Et videtur quod presentes seculares catholici, quia plus possunt iuvare ad hoc per eis a Deo datam potentiam coactivam. Sunt tamen *ministri Dei in vindictam malorum, laudem vero bonorum*, ut dicit Apostolus.

Ad oppositum, quia viris ecclesiasticis, specialiter prelati, commissa est cura regiminis ecclesiastici, *Actuum* 20: *Attendite vobis, et universo gregi, in quo vos Spiritus Sanctus regere ecclesiam*, etc.

Principiis obsta sero medicina paratur, cum mala perlongas convalide moralis.

Tangi etiam potest ratio de necessitate sciendi a fidelibus ubi sint vel in qua sedes vel persona sit plena potestas absolvendi, indulgentias dandi, dispensandi in gradibus consanguinitatis pro matrimonio contrahendo, ut tangit CANTOR in rationibus de obligatione ad remediandum presenti scismati. Post illam de sciendo ubi sit plenitudo potestatis ligandi et solvendi, potest poni alia: quis sit episcopus talis diocesis? Nam iam in presenti utraque pars confitetur nihil omnis consecratos in episcopos et sacerdotes ordinatos esse episcopos et sacerdotes, sicut experiam in presento conversionis particule Flandrie docuit. Et ita etiam latina facere de grecis. Sed dubium utrum talis diocesis si dubium sit quis sit verus papa, quinyimo nulli dubium quod episcopi partis errantis non sunt episcopi diocesis eis datarum

54/1-55/6 ad supratacta — positus] *del. P1* 1 verus] *sup. lin. P1*
 3 falsa] *sup. lin. P1* erronea] *sup. lin. P1* 4 si] *sup. lin. P1* 8 reportare]
sup. lin. P1 15 presentes] *ecclesiastic. scr. sed del. P1* 17 coactivam]
 ut constanti nullus fecit etc. *add. in marg. P1* 23 moralis] *sup. lin. P1*
 24 tangi] *a a. c. P1* 32 particule] *sup. lin. P1* 33 docuit] *sup. lin. P1*
 sed] *nulli scr. sed del. P1*

a non vero papa, et per consequens, ibidem non possunt exercere
 actus episcopalem rite et valide, nec temporalibus, nec spiritualibus.
 Ad idem vel ex eodem medio seu radice eadem patet idem de intruso in
 supremam sedem quod non potest in actus competentem supreme sedi,
 5 et sic verificatur verba CANTORIS de dispensationibus matrimoniorum
 et similibus in suo quodam ricinio* positis.

In matrimonium de oblivione Romani pontificis ad remediandum
 presenti scismati pro salute animarum subditorum ad quam tenetur
 potest videri quod non ad omne ymaginabile remedium tenent sicut
 10 ut Christus ad conversionem Iudeorum fecit quicquid poterat facere.
 Quamvis enim non venisset ad querendum, nisi oves que perierant, domus
 Israel non tamen illas convertit comprehensive sicut facere poterat *et*
fecit de Paulo spiranti minarum et sic eum facere rogat ecclesia in
 quadam cirolicta* secreta in qua rogat ut, *sicud se compellat venire*
 15 *rebellem fidelium voluntates*, sic in proposito esto quod posset resignare
 vel alia facere similia, tamen non tenetur de necessitate cum sufficeret
 viam offerat fidelibus, scilicet informationem per cardinalium etc.

Argutum est de cunctis fidelibus: de simplicibus, de prelati et
 tandem de supremo. Restat de doctoribus et clericis licere*.

2 episcopalem] p. c. P1 3 seu] sup. lin. P1 eadem] sup. lin. P1
 13 spiranti minarum] in marg. P1 15 voluntates] ament scr. sed del. P1